



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized
by Google as part of an ongoing effort to preserve the
information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



ANTONII
GARRONIS, ICTI,
in Tit. Dig.

DE ORIGINE
JURIS COM-
MENTARIA;

Cum

GILBERTI COGNATI
NOZERENI EPISTOLA
de Legalis studii ratione,

Pluribus nunc locis restituta, notatio-
nibus illustrata, atq; ex integri feré se-
culi tenebris in lucem adserta
curia

CUNRADI *gum Böhne.*



BREMAE, Typis Wesselianis,
Imponens hæredum GEORGI HOMMANNI.
M. D. C. XXX.

ANTONII
GARRONIS, ICTI,
in Tit. Dig.
DE ORIGINE
JURIS COM-
MENTARIA;

Cum

GILBERTI COGNATI
NOZERENI EPISTOLA
de Legalis studii ratione,

Pluribus nunc locis restituta, notatio-
nibus illustrata, acq. ex integri ferē se-
culi tenebris in lucem adserita
tur.

CUNRADI um Böhni.



BREMAE, Typis Wesselianis.

Impensis heredum GEORGII HOMANNI.

M. D. C. X. X. X.

Geor. Fabricius in prefatione Roma;

Ut Civitatum, inquit, magnarum, &
quibus mortalium omnium iudicio R̄oma
maxima fuit, Leges, instituta, mores, actio-
nes libenter cognoscimus: ita ortum, incre-
menta, fortunam, ruinasque scire desidera-
mus, & loca ipsa muta cum admiratiōne
intuemur. Illud utile & necessarium est,
hoc à liberali animo atque ingenio nequa-
quam alienum, &c.

*Joan Fersius in epist. dedic. tr. de Pra-
fettura S. Pratorii:*

Quid homini jocundius, quam con-
tueri secola priora? quam suo seculo nor-
mas ex illis petere? & Leges haurire? rem
quamque ē sua origine & perpetua histōria
integrius pernosse.

Conr. Gesner. in Bibliotheca:

Antonii Gartronis Jurisconsulti in titu-
lum Pomponii de Otijs. Jure eruditia com-
mentaria &c. Oporinus excudit Basileas
anno Domini 1543.

MAGNIFICO VIRO,
Iusti generis nobilitate, sapientia, prudens-
tia, virtute & dignitate amplissimo,

DN. FRANCISCO
RANZOVIO,

Regiae Majestatis Consiliario, Pro-
regi Danico, Praefecto Mœnæ, &c.
Domino in Ransowholm/rc.

*Domino & Mæcetati meo salutem
& cultum.*


Non iata sunt aliquot De-
mine, consumti, quae
pro studii generis, quo
olim selegeram, incre-
mento atque ornamento, remotis
arbitris, ocio actionibus fori subre-
pto, in Sophiæ amœniorumq; Mu-
seorum virectis perlustrandis non in-
diligenter essem, gnarus ex iis per-
peruos flosculos efficacibus fragran-
tie remedii omnium functionum,

si quæ mihi Dei Decursumq; nutibus
credendæ in aliis partibus forent, se-
dulitatem ac curam refocillaturos,
posse decerpi. Quâ operis pertinaciâ
ANTONII GARRONIS commentariis
ad tit. Dig. de Orig. Jur. inter ceteras
lucubrations forté oblatis ex lau-
dato genere sarta, quorum odor fu-
ligine longinquitatis temporū non-
nihil adulteratus erat, quem tamen,
cā abstersā, refricandum, nec poste-
ritati diutius invidendū arbitraban-
gur ii, qui in hoc censu plurimū pos-
sunt, offendi innoxia. More ergo po-
stulatis gesto, typographi prelo re-
novanda commisi, surculorum alibi
abscissorum, parcīus tamen, in ipsius
fundum translatorū adjectione con-
dita. Verum quæ divina fuit provi-
dentia, operæ, sub serenissimæ & po-
tentissimæ Regiæ Majestatis Danicæ,
&c. Domini mei clementissimi exer-
citu, à beat. & glor. mem. Principe ac
Domino

Domino, Dn. Joanne Ernesto, Duce
Saxoniz &c. ejusdē primo Ductore,
inopinatō oblati Prætoris seu Gene-
ralis Auditoris muneris, cui postmo-
dum & alterum, Quæsturæ supremæ,
fuit additū (grato submissioq; animo
refero) humillimâ meâ gestione fue-
runt abruptæ, usque dum sub illust.
Tuæ Magnif. nomine ad sollicitatio-
nes eorum, quorum intererat, nunc
ad finem perductæ coruscant. Ingra-
tissimum me judicavi, si silētii nube
inter alia benivolentiæ signa, hono-
res Generalis Auditoris officii, cui
me post redditas rationes denuo præ-
positū voluit, involverem. Quæ me
atque alia hujusmodi oppidò perpu-
lerūt, subiecto cultu ac vultu demis-
so dedicandi munus, debitæ gratitu-
dinis indicium, insuper non habere;
pondere tamen laudis, quam ill. T.
Magnif. meruit, obrutus, magis im-
bellicitatē ingenii mei detego, quā
Eius

zjus virtutem, sicut pars est, repræsen-
to. Accipiat, precor, illi. T. Mag. hilari
fronte, veniamq; audaciæ hominis
peregrini, sed virtutis ejus admirato-
ris tribuat. Pauca, fateor, impræsen-
tiarum salutantis sunt verba, votata-
men prolixia. Patiatur, quæso, ut do-
ni, vilis acerræ, oblatio exigua ma-
gis mei in Ven. T. Mag. animi, quā sui
pretii æstimatione pendatur. Jehova
modò auctor sit, ut quæ animo deiti-
navi, nullis causationibus obstrepan-
tur, ita aliis stilo majore dicendis re-
bus meritam illi. T. Magnif. gratiam
memori mente persolyam. Ergo
quum sola voluntas sit, quæ apud me
ponat officium, defero gratitudinis
& observantiæ studium sempiternū.
Vale, ô Regni Danici decus, seculi
gloria, ac meum præsidium. Bremæ
xxix, Aug. anno ætæ Christianæ MDCCXXX.

Illus. T. Magnif.

subject.

GILBERTUS COGNATUS
NOZERENUS JOANNI METELLO
& Sebastiano Rosario Juris civilis
studiofiss; S. P.



Onus jam agitur annus, cō-
stantes & perpetui amici,
quod intermisso legum stu-
dio, cui nunquam relqui-
num totum vacavi, a mūye-
nos omnem operam ad C H R I S T I discipli-
nam atque medicinam contuli, & tunc
quidem ætas nostra (quæ adhuc intras
annos consiliebat, quibus Prætor restitu-
tionem in integrum concedit.) judicio ca-
rens, quid deligete, quidve imitari, aut quo
modo debetem, despicere nondum per-
mitiebat. Itaque frustra yidemini à me vi-
am petere, quæ mihi ipsi nonquam perspe-
cta, cognitâ ve satis fuit Ne tamen ab amici
officio discedere omnino videat, quid sen-
tiam, quamque rationem olim sequutus
sim, paucis aperiam. Ubienim ad sus di-
scendum aejcere animum cœpi, offensus
nonnihil barbarie impolitieq; eorum, cuos
tamen videbam rerum cognoscenda om-

EPISTOLA

causa non posse omnino contemni : forte
mihi venit in mentem , ut mecum quod-
dam studendi genus instituerem . Nam
quum etiam interpretum prolixitas fasti-
dium mihi moveset , & miram brevitatem ,
meramque quandam latini sermonis ele-
gantiam in Juriconsultis animadverterem ,
ex quorum libris Pandectæ sunt consacci-
natae , tum quoque in veterum Imperato-
rum constitutionibus , qui σύγχρονοι fuere
Jurisconsultorum , & quorum in legibus
legendis concipiendisque consilio & stilo
utebantur , cepi consilium , ut quæ in scho-
lis audirem , vel quæ legerem præcipue a-
pud Bartolum interpretum κορυφαῖς , ca-
transferrem in eam orationis formam , quâ
veteres illos usos videbam . Movebat me
etiam ad hoc institutum persequendum ,
quod ipsos idem Juriconsultos fecisse , ex
eo colligebam , quod tanta esset in eorum
responſis æqualitas , ut videri possent omnes
in eodem ludo docti : velut totæ Pandectæ
ab eodem scriptæ censeriqueant , si nomi-
num inscriptiones essent sublatæ . Arguta
etiam illa brevitas , oratioque et si non red-
undans ,

VIVANCUPATORIA.

undans, plena tamen, perspicua, propria, puraque, maximè mihi legum interpretationi convenire videbatur: in qua id tantum requiritur, ut ratione vel autoritate aliquâ legis, quid justum, quid æquum & bonum, quidque contrâ sit, doceamus, & hac quidem ratione aliquandiu sum usus, etiam cum Justiniani Institutiones mihi legerem, quæque ad illas sunt ab adversis Interpretibus annotata, exercitationis gratia brevius puriusque exprimere, atque ad Jurisconsultorum stylum reformare conarer. Hic verò labor in hoc certè mihi profuit, quod commentatione quotidiana, stylum aliqua ex parte emendaverim atque confirmaverim. Tunc igitur superficiem & cunctum tantum intuitus sum, neglectâ carne & succo. Nunc verò si huic disciplinæ animalium rufus applicare velle, primo anno circa Legum contextum tantum consistit, postea in vulgarium quo nunc quæ interpretum commentaria penetrarem: quæ et si barbaræ scripta sunt, ad rerum tamen cognitionem explicationemque, de quibus in iure agitur, plurimum sancè conferuntur.

EPISTOLA

terunt: cum in certos quosque locos, quid
de quaque re apud eos scriptum repetitur,
redigerem. Prudentem Ulyssem prædi-
cant poëtæ, multorum hominum mores
quod vidit & urbes. Nosc eodem modo ar-
bitramur, legum intelligentiam ex malto-
rum sedula lectione, & crebra doctorum
auditione parati.

Habetis mei candidissimi amici, quid fe-
cerim quidq; facturus esset ad juris studia
animum contendens. Cæterum quoniam
citra exactam historiarum veterum cogni-
tionem (uti nos patum multi, & quidem
maximi nominis interpretes Juris civilis te-
stantur) intelligi non possunt unqdam Juris
consultorum scripta, maximè ea quæ in
titulo de Origine Juris à Pomponio tra-
duntur, Commentarios in hunc pulcherrimi-
mum titulū elegantiss. atq; doctissimos ab
ANTONIO GARRONE viro linguae Roma-
næ candore ac juris sapientia illustri, olim
scriptos, & nuper in Italia repertos, atque à
me tandem non sine magno labore ex au-
to grapho descriptos, Joanni Oporino dili-
gentissimo typographo (qui & Græcos &

NUNCUPATORIA.

Latinos libros, qua est cum utriusque literaturæ eruditione singulari præditus: tum elegantiss characteribus, institutâ ad hoc superad eò Officinâ propriâ, instructissimus) excudendos, in publicum que extrudendos dedi; indignum, minimeque ferendum ratus, hos tam mirè utiles Juris studiosis Commentarios in obscuro tot annis esse, in quibus quam fieri potest brevissimè & planissimè Juris civilis historia explicatur. Tibi verò Morelle eruditissime, & tibi Rosari charissime, hos simul inscribere consilium fuit, ut quando uterque vestrum certatim de me bene meritus est, & etiamnum bene mererut, uterque etiam vestrum simul à me gratianimi monumentum & pignus perpetuum accipiat. Dubium enim non est, quin magnus ex his fructum accepti sitis, & juventus quoque historiarum ruditis egregie juvari possit. An autem aliquid ad plenum in hunc titulum ante Garrisonis nostri commentarios scriptum extet, mihi nondum certo cognoscere contigit. Extant eruditissima Udalrici Zashi, magni illius Juris civilis ornamenti, præceptoris nostri,

EPISTOLA NUNCUPAT.


Atri, Scholia, scio, sed à quindecim annis na-
ta. Jam restat aliud nihil, nisi amicos saluta-
re. Vos igitur magnopere rogo, ut clarissi-
mos senatorēs D. Henricum Colinætum,
avunculum meum unde quaque doctrinissi-
mum: & D. Joannem Mauricianum, sin-
gulari quoque doctrinâ præditum meis
verbis reverenter & diligenter salutetis. Re-
natum item Petrotum, multi nominis &
magnæ eruditissimæ medicum. Tum facite,
ut Joanni & Nicolao Fauchiis, doctoribus
omni laude dignissimis, sim commendatis-
simus. Eadem operâ vicissim meo nomine
salutem annunciabitis utriusque Juris do-
& oribus Vauchardo, Chuppino, & Baldo,
multis mibi nominibus charissimis. Ne que
præteribitis Claudiū Læsmæum, à primo
ætatis gradu summum amicum meum. Ex-
imio viro D. Benedicto Marino Fisci pro-
curatori scribam, si quid erit ocii. Valete
bene, candidissimi amici, & vivite felices.
Ex Nozereto, octavo Calend. Martias,

Anno Salutis reparatæ, M.
D. XLIII.

HENRICI SIMI DE ANTONII
Garronis Commentariis
Carmen.

Quisquis nunc urbis primordia querere tetas
Romulea, Antoni munera docta legat.
Hic renovat Celsum, Cajum, Proculumq;
peritos
Juria, & Hermogenem, cum Labeone sacro.
Enodat leges, legumq; anigmata solvit,
Consulso condens hac monimenta choro.
Bartolus & Baldus, Dinus, clarusq; Joannes
CornelI referunt quem genuisse forum,
Angelus, & Paulus Castrensis nomine dictus,
Amittent nomen quo veniente quidem.
Candida Casareo singens glossemata Juri,
AccursI antiquat barbara dicta sensu.
Affiduè crescit per cuncta volumina lumen,
Dummodo sint uitæ grandia pensa sua.
Nam cupit hic magno majora per aquora vole
Currere, & ignavas dilacerare moras.
Desinelivore dax, morsu mordere canino
Garronem, qui per judicis ora sonat.
Hic bene lucratus doctissima pignora vite,
Nec minus hac, Servi, quam tua dicta vigent.
Illa Palatini, quibus est fas noscerere rectum,
Perficiant oculis Justiniana' cohers.

F I N I S.



CUNRADUS Tom BÖNE,
J.U.C.Bremensis-Saxo.

arvagapu.

Ars & Mars nexus secundo sic bonium umbo.

Sunt duo, que faciunt, ut quis sit nobilis, Ars, Mars;
Qua venit è studiis, gloria major erit.

Digniores tu, cui cor; sic ad utrumq; parata

Una manus Calatum, ast una tenet Gladium.

Armat oga jungis, Sic nexus firma Secundo

Conveniunt arte, q; sunt velut umbo boni.

Macte suo hōc studio, mox laudes, pluscula profer,

Juraq; Militibus, da quoq; Judicibus.

Mecum perge: haud Momorum nos terreat ullus,

Qui puras mentes contemnere solent:

Qui pungunt, rodunt, mordent, clam, publicè, aperte,

Criminibus lacerant quæ benefacta suis;

Et cum vix rectum possint unquam facere ipsa.

Nil quoq; vicinum posse vel esse putant.

Inter media rerum pondera hæ
deproperabat.

Job, Heringius, Archiepisc Capitula
Bremen p. c. Syndicus.



A L I U D.

I N E D I T I O N E M
hujus operis.

FErme sacratos extulit Themis pedes,
Orbemque liquit, ut fraus & perjuria
Legum nec nullis impedita Vincula
Hunc occuparunt: ut simul scelus
Pravi secuta est contumax licentia.
Frastra proinde doctus interpres modò
Legum pecceret limpidatum flumen,
Nisi fugaci rectius connectitur
Ascrea seculo, quò deinceps tuciùs
Vigere possit moris infraicti decus.
At non Voluptas corrueat nocens magis,
Quam scita Juris si modesta affulsetint;
Sed ratio rite quæ gubernat, **N U M I N I S**
Imago, quam primæva gens olim fuit
Corusca, quando a tatis aureæ vigor
Facès pudendas criminum removerat.
Hac arte quondam nixa gens Quiditium
Conclusit urbes mœnibus, pœnis viros;
Quorum nepotes certa per vestigia
In alta nixi, latiusque publicum
Virtutis ausi prorogare tramitem
Tandem tuerunt Imperi celsum gradum.

GARRONIS ergo nobilem dum industrius
(CUNRADE, Juris incliti cultor sagax)
Partum, recenti rursus affers seculo:
Nunquam ~~a~~QUITATIS funus exspectabitur.
Tandem pax alma integritatem pristinam
Reduceat, hiac tuumque laus manebit Verticem.

*Iubens amoris & honoris
ergo scripsit*

M. JOHANNES SHILDIU^S
Scholæ Brem. Collega,

ANTO.

ANTONII GARRONIS
Iureconsulti doctissimi, in titulum
FF.de origine Juris com-
mentaria.

Pomponius, libro singulari en-
chiridii.&c.

S U M M A R I U M .

1. Ceti Pomponii apud Alexandrum dignatio n.P.5
2. Lampridio dicitur Legum peritissimus. n.3. Pa-
3. piniani discipulus. n.4. Eius lucubrations n.7.
4. Consilia iorum Alexandri catalogus, eorumq;
5. encomia.
6. Jul Paulus Parav. eodem tempore floruit.
7. Compilatores Juri notantur.
8. Enthiridii significaciones varia.



Onopoenius 1. Jurecon-
sultus, temporibus Alexan-
dri Syri Imperatoris flo-
ruit, & in ejus consilio fu-
it, ut Helius Lampridius
testatur, sic scribens:
Et ut soias, qui viri in ejus 2. consilio fue-
runt, nomina illorum subjiciantur. Fuerunt e-
nims

2 Antonii Garronis
nim, Eabius Sabinus (Sabini insignis viri fili-
us, Cato temporis sui) Domitius Ulpianus juris
peritissimus, Claudius Vanantius orator am-
plissimus, 3. Pomponius legum peritissimus,
Catilius Severus cognatus ejus, vir omnium
modestissimus, Aelius Setenianus omnium vir
sanctissimus, Quintilius, Cajus, Marcellus,
quo meliorem ne historia quidem continent,
Alphenus, Aphricanus, Florentinus, Mar-
tianus, Callistratus, Hermogenes, Venulius,
Tryphonius, Metianus; Celsus, Proculus, &
Modestinus: homines juris professores boni,
sapientes, & venerandi, discipuli 4. fuerunt
Papiniani, & suorum Alexandri Imperatoris so-
cii & familiares, ut scribit Marius Maxi-
mus, & alii historici. Hæc ille? Floruit
etiam iis temporibus 6. Paulus Patavi-
nus jureconsultus. 7. Pomponius libros
scripsit, quos ad Sabinum misit, & libros
quæstionum, & variarum lectionum, & li-
brum unum, quem Enchiridion inscripsit,
ex quo sumpta fuerunt hæc de Origine Ju-
ris: aliaque multa composuit, ex quibus 8.
omnibus, ut ita dicam, nihil præter osla re-
mansit.

mansit. Nam carnem, & cætera, temeritas & inconsulta imperitorum licentia laceravit. Enchiridion 9. Græcum verbum est. Dici potest à nostris manuale, nam compōnitur ex 'ει præpositione', & χειρίδος, quod est dimidiativum à manu. Enchiridion, gladiolus, sive pugio est, ut apud Hieronymum: & genus libelli brevioris, qui unâ manu capi potest: de quo intellexit Martialis, cum ait libro primo Epigrammaton.

Sorinie da magnisque manus una aggit.

Hoc nomine Aurelius Augustinus quoddam opus inscripsit, & alii nonnulli, ut memorerunt Plinius & Gellius.

Princip.

Necessarium itaque nobis videatur in primis, ipsius juris originem atque processum demonstrare.

SUMMA R.

1. Loquentes de nobis modo singulari, modo plurali numero utimuri.
2. Alijs adloquuntur duntaxat singulari.
3. Ratio.

Commentar.

A 2

No.

Necessarium nobis itaque, &c.) Nobis, scilicet mihi & aliis. Nec impropriè locutus est Jureconsultus, ut imperiti legulei, id est lectores olyarum, hoc nomine digni, putant. Nam i. loquentes de nobis ipsis, modo singulari, modo plurali numero utimur. De secunda vero persona, ad quam sermonem dirigimus, numero tantummodo singulari. hac ratione, quod decorum est, homines de seipsis modesti, & (ut ita dicam) humiliter loqui, de aliis vero honorificè potius & cum dignitate convenit habere sermonem. Minueremus enim quoddammodo dignitatem alterius, si ei rebus gestis alium quasi socium adjungeremus : ut si Casarem alloquentes, diceremus, vos Pompejum superasti, pro, tu Pompejum superasti. Ita è contratio, videatur, nescio quo modo, modestius loqui, si quod nos soli ègimus, plurali numero exprimamus, hoc modo : *Multa scripsimus, multa gessimus, magnam sumus gloriam aspud nostròs homines conseguimus* : quasi non nisi ad alios adjutoribus ea egerimus. Adiquan-

de

do etiam ubi hic respectus non est ; mon-
dò singularem , mbdò pluralem profe-
rimus .

§. I.

Et quidem initio civitatis nostræ
populus sine certa lege , sine jure
certo primùm agere instituit , e-
mniaque manu regis gubernab-
bantur .

SUMMAR:

1. *Juris ac legis discripen.*

2. *Juris partes :* *Natura*, *Consuetudis*, *Lex*,

Religio. p. 5.

Piesas. n. 6.

3. *In natura quid. Ejus partes*, 4. *Gratia*. n. 7.

Indicatio. n. 8.

Observatio. n. 9.

Veritas. n. 10.

Probii. 12.

11. *Jus consuetudinis quid. Ejus partes* { *Par*. 13.

15. *Lege ius quid.* } *Judica-*

16. *Manus varia significata.* } *tum*. 14.

17. *Elephantis natura*

Commentar.

Sine lege certa , sive jure certo) Non

A. 3.

est

est iteratio. Nam 1. Jus (ut tradit Servius Honoratus) generale est, lex est juris species. Virg. lib. I. Aeneid.

Iura dabant, legesq; viris.

Juvenal. satyr. 2.

En habitum, quo te leges ac jura fertur: &c.

Jus tres 2. patres habet, naturam, consues-
tudinem, & legem. Jus 3. naturae est, quod
non opinio genuit, sed vis quædam innata
inseruit. Eius 4. partes sunt, ut Cicero
intquit, religio, pietas, gratia, vindicatio,
observantia, veritas. *Religio* 5. est; qua
superioris eujusdam naturæ (quam divi-
næ vocant) curam & testimoniamque af-
fert. *Pietas* 6. est, per quam sanguine con-
junctis, patriæque benevoliis, officium &
diligens cultus tribuitur. *Gratia* 7. est, in
qua amicitarum & officiorum alterius
memoria, & alterius remunerandi volun-
tas continetur. *Vindicatio* 8. est, per
quam vis & injuria, & omne oratione quod
obscurarum est, defendendo, aut ulciscen-
do propulsatur. *Observantia* 9. est, per
quam homines, aliquâ dignitate antece-
dentes

dentes , cultu quodam & honore digna-
mar. *Veritas* 10. est, per quam immutata ea,
quæ sunt, aut fuerunt, aut futura sunt, dicun-
tur. *Consuetudine*. *jus* est, 11. quod leviter
à natura tractum aluit, & majus usus fecit:
ut religionem, aut si quid eorum, quæ antè
diximus, à natura profectum, majus factū,
propter consuetudinem videmus : aut
quod in morem vetustas vulgi approbatio-
ne produxit. *Partes ejus tres* sunt. *Pa-*
dum, 12. quod inter aliquos convenit.
Par, 13. quod in omnes æquabile est. *Judi-*
cium, 14. de quo alicujus, aut aliquorum
jam sententiis constitutum est. *Lege* *jus*
est, 15. quod in eo scripto , quod populo.
expositum est , ut observet , continetur.
Eius partes innumerabiles sunt : tot vide-
licet , quot capita legum.

Manu) id est, potestate. Nam manus
16. aliquando potestatem significat , *ut cum*
dicimus: *Hac res mihi in manu est* : non mode
significat in promptu , sed etiam in potestate.
Nonnunquam multitudinem , collectio-
nemque indicat. *Virgil*. lib. 6. *Aeneid*.

*Heic manus ob patriam pugnando vulne-
ra passi.*

Nec tacendum reor, manum pro capiendo instrumento à veteribus accipi; non dico de manu nostra, sed pro proboscide elephanti: nam hanc manum vocant Latini. Plinius, cum de 17. elephanto scribit lib. 8. Nat. histor. sic ait: *Mundunt ore, spirant & bibunt, odoranturque, haud impropter appellata manu.* Idein: *Elephantis tanta narratur clementia, minus valida ut in grege pecudum occurrentia manus dimoveat, ne quid obterat imprudens.* Q. Curtius lib. 4. Præcipue terribili villa facies eras, cum manu arma virosque corripererent. Idem: *Copidas vocant gladios leviter curvatos, falcibus similes, quibus amputabant belluarum manus.* Manus plegunque manuum scriptura dicitur. Quintil. lib. 1. Institution. oratoriarum: *Cassus, cassus, Cicero & Virgilium scripserunt: sic manus eorum dicitur.*

§. I I.

Postea auctâ ad aliquem modum civitate, ipse Romulus trâdierat populum

populum in triginta partes divisissc,
quas partes Curias appellari pro-
pter ea quod tunc Reip. curiam per-
sententias earum partium expedie-
bat. Erat a leges quasdam & ipse
Curiatas ad populum tulit. &c.

S O M M A R.

Sabini in urbem recipit num. 1. Cur & quo atra
num. 3.

Lividus & Plutarachi dissensus ab Halicarnassio &
Varrone, remissivè. n. 2.

Asylum. n. 4.

Consualia. n. 5.

Aditus, processus & exitus deorum Cenitensium

n. 6. Antennarium n. 7. Crustumeriorum. n.

8. Sabiniorum n. 9.

Ara Romana. n. 10.

Quirites unde dicti. n. 11.

Procreatiois Romuli & Remi sententia ex Plu-
tarcho diversa. n. 12. Ex Halicarnassio. 17.

Amulius qui regni successor factus ex Plutarcho. 13
Ex Plinio Nepoto. 14. Livid. 15.

Amulii Crudelitas inlausum sive Ægeustum ; &
Iliam, qua & Rhea & Sylvia. 16.

Sylvia modum simulans à facris abstinet. 18.

Inquisitione habita à custodia traditur. 19.

Antonius pro Sylvia intercessio. 20.

Gemmarum pars. 21.

4 5 6 Eorum.

Eorum expositio. 22.

Consensatio per picum & lupam, 23. *pastores:* *Fas-*
uimus, *deniq;* *Numitorem.* 24.

Romuli & Remi educatio, vitaq; institutum 25.

Unde dicti. 26.

Indoles ingeniorumq; diversitas: 27.

Ex contentione Numitoris pastorum 28. *A multis sub-*
lata spolia retulerunt.

Remi capti conditio. 29.

Cogniti, post Annulacionem; *Numitori regum resti-*
tungt. 30.

Consensus Dionysii cum Livio & Plutarcho in urbis
constitutione. 31.

Numitoris premita voluntas & causa: *Colonia de-*
ciduanda; 32.

Largitas in nepotes. 33.

Romulus & Remus tabam in partes duas divi-
quunt. 34.

Eorum dissidium ratione loci nova urbis. 35.

Palantium. 36.

Remonium. 37.

Avi consilium de dissidio tollendo adprobatum 38.

Augura capatio. 39.

De Remi & Faustuli interitum sententia. *Auditorie.*
 40. *Altorum* 44.

Remi sepulture. 41.

Romuli perturbatio. 42.

Acca Laurentia consolacione erectus superstitionibus
collectius sacra peragis, urbiq; figuram arato
designat. 43.

Rome

Rema appellatio. 45.

Divisio milieudiniis in Legiones. 46.

Populus. 47.

*Senatores: qui & Patres: quiccrenei & unde ita dicti
ex Plutarcho 48. 51. Livio, 50.*

Patribus conscripti 49.

Legionum numerus 50.

Centuriatus. 53.

*Halicarnasseti dissensus à Livio in hujus divisionis
negocio* 54.

Prior divisio. 55.

Posterior 56.

Curiarum numerus. 57.

Curia significatus. 58.

Pomponius Latuus fuit preceptor Garonis. 59.

Leges Romuli. 60.

Commentarij.

Sed postea autem. &c.) Hoc est, postquam 1. recepti fuerunt Sabini in urbem, & ex duabus facta fuit una: ut 2. Livius in 1. ab Urbe condita, & Plutarchus in Romulo, licet Dionysius Halicarnassus & Varro aliter sentiant, ut inferius dicemus. Recepti fuerunt Sabini hac 3. de causa.

Cum Romulus 4. Asylum patefecisset, &c. videret civitatem novam in die*s* i*n*colarum frequentia convalescere, atque ob inopatum mulierum minimè duraturam: ex con-

filio patrum conjugia per legatos à finiti-
 mis civitatibus petiit, quibus negatis, ludos
 equestri Neptuno simulavit, quos s. Cōsu-
 alia vocavit: ad quos cum venisset utrius-
 que sexus multitudo ex vicinis urbibus, da-
 to suī signo, virgines raptae sunt. Raptis
 itaque virginibus, Patres iratificerunt Ro-
 manis. Ceninenses 6. primò contra Roma-
 nos bellum sumpserunt, adversus quos Ro-
 mulus processit, levique certamine docuit,
 vanam sine yiribus iram. Exercitum fudit,
 fugavitque: fusum prosecutus fuit: Re-
 gem Acronem in prælio detracit, & spo-
 liavit, Duce hostiū occiso, urbem primo
 impetravit: nec atrocem tamen in cives
 se præsttit: quinimodo imperavit, ut omnes
 una secum cum eorum rebus Romanā pto-
 ficiiscerentur, fierique ex duabus civitatib.
 unum corpus, & par voluntas. Propterea
 evenit, ut adiecitā undique multitadine, ita
 Roma mira magnitudine brevi concrese-
 ret. Postea 7 Antennates in agrum Ro-
 manum incurrentes, deductā Romanā le-
 gione palantes in agris oppressit, fusis pri-
 mo

mo impetu & clamore hostibus, oppidum cepit: jussit, ut Romam sese traducerent. Inde contra & Crustumenos bellum inferentes processit, & eos levi certamine vici. Ultimò 9. Sabini sumptis armis, Duce Tito Tatio, bellum intulerunt, cum in Tarpejā, ubi erat i o arx Romaña, in vallemq; mons descendisset, Romulus adversus eos processit. Cum diu ac variè utrinque pugnatum fuisset, virginæ raptæ, quarum iniuriâ bellum motum fuerat, scissâ veste, & crinibus sparsis, in medium processerunt. Hinc viros, inde parentes armá deponere coegerunt, dicentes: Nos itarum eausa sumus, in nos convertite fertum: melius cum viris peribimus, quam sine yiris fore poterimus. Unde illi verbis tunc tractant, pax secuta fuit. Indeed. fœdus facient. Duces prodierunt, nec pacem solum, sed civitatem unam ex duabus fecerunt, imperium omne Romam detulerunt. Ita germinata urbe, ut Sabinis aliquid daretur, Quirites à ii. Curibus opido Sabinorum appellantur.

R O M U L U M traditur, &c.) Romulum, ut P L U T A R C H U S 12. refert, alii *Æneæ* filium & Dexitheæ, Phorbantis gnatas, fuisse existimant: illumque cum fratre Remo, parvulos admodum in Italiam delatos fuisse, alveum fluminis ingressos, amissi navibus, in ripam incolumes evasisse. Alii è Roma genitum ferunt Romulum, Troadi illius filiâ, quæ Latino Telemachi F. nupserrat. Alij ex *Æmilia* præclarâ *Aeneæ* & *Latinæ* prole, à Marte compressâ. Sed post multa idem inquit: Sed alia est longè iis probabilior sententia. Nam inter 13. Albaniorum reges, qui ab *Aenea* duce stirpis primordia deduxerant, totius civitatis imperium duobus relictis fratribus, Numitori & Amulio, per successionis ordinem devenit. Amulius vero cum res ~~duas~~ bifariam partitetur, in regnum scilicet thesaurum, quem ex Troja majores devexerant, ut utrā partem veller Numitor deligeret, tyrannidem sibi potius elegit. Sed Amulius ob autem magnitudinem factus potentior, fratrem adortus sedem regiam facile occupavit.

PLINIUS

PLINIUS ET NEPOS tradit, Procam regem Albanorum, Numitori & Amulio, filiis suis, regnum anniis vicibus habendum sibi quisce, ut alternis imperarent annis, sed Amulium fratrem non reddidisse. LIVIUS
scribit, Procam Numitori filio maximo regnum vetustum Sylviae gentis legasse: sed per vim, & contra voluntatem patris, pulso Numitore fratre, Amulium regnasse. Pravato igitur regia maiestate Numitore, veritus Amulius, ne penas aliquando dateret, Numitoris filium, 16. quies Lausum Ovidius, & Egestum Dionysius vocat, tunc pubescentem interficit: filiam, quam nonnulli Iliam, alii Rheam, quidam Sylviam appellavit nubilem Sacerdotem Vestae designata ea viro tradita, parere fultores gefieris. Marto deinde anno, ut 17. DIOSCORIS, Sylviae eunti in sacrum lucum Martis, aquæ puræ ferendæ gratiâ, quâ debebat ad sacra uti, vim quidam artulit, quem nonnulli procerum quandam fuisse afferunt, puellæ amore usque à teneris annis caput: ~~et~~ Amulium fuisse ipsum: nec cum

eum cupiditatis magis,, quām insidiarum causā, obstructum armis,, ut stupendus conspiceretur , & aspectu cognitionem, quantum posset incertam relinquere. Fabulantur plurimi , Genii fuisse (cujus locus erat) imaginem, cum multa alia huic casui divinā operā adhibentem, tum vero foliis obscuritatem subitam , & caliginem in aere : aspectum quoque, quem imago habuit ; fuisse longe admirabiliorem dicunt, quām ut ad magnitudinem decoremque hominum: dixisse que puellæ ajunt, Deo concubuisse : patituramque gēminos, hominum longe clarissimos , & rebus belli- cīs. Puella igitur post vim illatam, simulans 18. adversam valetudinem (nam hoc illi persistasit mater , & securitas causā, & religionis in Deos) non adibat sacra amplius , sed per alias fiebant virgines, eodem honore praeditas , quæcunque eam administrare oportuisset. Amulius 19. sive conscientiā perpetratorum , sive etiam suspicio- one verisimilium motus, causam perscruta- biatur divinæ à factis abstinentiæ, summis-

teng.

centiam medicos , quibus maximè considebat. Postea verò quam mulieres arcum quendam morbum excusarunt , minimè prodendum hominibus , ad custodiam puellæ relinquit uxorem suam , quæ ut veri facta est accusatrix morbi , muliebri argutia , quod aliis obscurum erat , inveniens , Amilius , mulierem confessum † primo studio observati jussit , ne clam pareret . Erat enim non longè à partu . Antho 20 verò regis filia (ut Plutarchus inquit) timēs ne quid mali Sylviae suæ , quam amabat , eveneret , non cessabat precibus parentem affice . obsecrando obtestandoque , ne vellet in Sylviam savire . Edidit 21 tandem infantes geminos , miræ magnitudinis & formæ . Quapropter 22 rex longè amplius veritus , famulis quibusdam infantes in alveo jacentes expotari jussit , & in fluvium projici , x.v fermè milibus passuum , ut Dionysius ait , Albâ distantem . Ii , cum inundasset fluvius , & ultetius progrederi non possent , ubi prima inundatio excursus tacta est , super aquam ipsum alveum exponunt . Is parum

† precipuo.

parumper innatavit, & illis us lapidi, infantes ejecit. Qui vagientes, per eluviem volvabantur. Eis, ut Plutarchus scribit, 23. picus volueris Martia, alimenta ministrabat: & lupa paulo ante foeta, turgentibus lacte uberibus, ea submittebat ad ora puerorum, lingua cœnum abstergens, quo pleni erant. Interim pastores adveniunt, gregem agentes in pascua: quorum unus lupam prospiciens, miraculo stupefactus, ceteros idem inspecturos vocat. Qui rem divinam se rati videre, propius accedebant, terren tes clamore belluam. Eupa autem non multum exasperata adventu hominum, sed ut mansueta, ab infantibus sepsi divulsa, ob mukam importunitatem turbæ pastoralis, abiit in proximam sylvam. Infantes ipsos, 24. pastores suscipiunt, adhibentes studium, ut educarentur, quasi deorum essent. Erat inter eos quidam subulcorum regiorum magister, Faustulus nomine: qui urgente quadam causâ, per id tempus Albæ fuerat, quo & corruptio Iliæ dicta est, & partus: ac postea cum deportarentur infantes.

tes ad flumen, casu quodam cum ferentibus
eos una profectus est, eandem viam, scilicet
ad Pallantium vaderis. Hic igitur pastori-
bus minime alius aperiens, quemadmodum
aliquid de re illa sciret, concedi infantes si-
bi postulat, & communī consensu datos,
eos fereōs ad uxorem pergit. Quam cum
enixam offendere, atque mœstam infante
mortuo, solatur eam, gemellosque illi pro
uno extinto educateandos tradit, omnem
narrans à principio puerorum casum. Sunt
tamen qui dicant (ut Plutarck. refert) Nu-
nitosem conscienti, suscepiti liberis ali-
menta clam suggestisse: eosque literis 25.
non intrinsecū apud Gabios postea erudi-
tos, cetera quoque virtutum ornamenta
(quibus quisque ingenuus adolescens sum-
mo loco natus instituitur) perdidicisse, 26.
vocatosque esse ab ea ipsa educatione Ro-
manum & Remum, quoniam rumas, id est
lupæ mammæ fermentungere comperti sunt.
Etant autem inde 27. nequaquam servi-
bili, sed quæ futuram quandam magnitudi-
nem & probitatem præ se ferrer. Cum
verò

† Fort, exager.

verò ambo adolevissent, viribus & animo
præditi, quādquat̄ques factu difficilior e-
rat, eò audaciūs se ad eam conferebant. E-
minebat tamen in Romulo natura facilior,
& ad consilium civilemque prudentiam a-
prius ingenium. Inter communia pecorum
pabula, & venationes, ea maximè de se cul-
que præstabat, quād pōtiūs imperatoris vi-
to quām seruo aptiora esse videbantur. Prae-
terea contribules suos, & quæcumque ex infi-
mo loco unum ambo ad se contrahebant;
nec pluris regis præsides, ac regii quoque
pecoris magistro existimabant, ac si nemini
virtuti cederent, nec essent inferiores quoniam
quam præstantiā & dignitate: minas, & an-
liorum in se furorem paevi ducebant: victu-
semper, & consuetudine liberali, præcæteria-
ris utebantur: id in primis nequaquam in-
genui hominis officium esse rati; si q̄tio au-
gnaviā † de s̄piscere animos sinerent: sed
carsando, venando, prædonēs profligando;
fures capiendo, violentiissimis quibusdam
manus inferendo, gloriari sibi parare posse
putabant.

† Foris, deficere.

putabant. Quapropter evenit, ut ad magnum dignitatis culmen evaderent. Ortā deinde 28. contentione, ob pecorum pabulationes, inter Numitoris pastores & Amulii, Romulus & Remus armis obversantes oppresse, multaque deinde prædā positi, ambo domum intacti sediere. Indignatus Numitor, ijs insidias struxit, occupatoq; in sacris Romulo, Remus 29. captes, & Amulio regi adductus, ejusque supplicium à rege Numitori conceatum fuit. Sed innotas Numitor & indolē & constantiā Remi, cœpit interrogare, quis esset? Relatā exposizione gemellorum, percussit Numitoris animum nepotum memoria. Romulus interea auxilio fratri cum magna manu accurrens, Faustulo rem omnem aperiente, 30. cogniti fuerunt ambo Numitoris nepotes, iruentesque in Amulum, illum obturcaverunt, Albanorumque regnum Numitori ayo restituunt. Hac de procreatione & educatione Romuli & Remi, ex Dionysio, Livio, Plutarcho, & Plinio Nepote excerpimus. Nunc videamus, quæ circa

circa urbis constitutionem fuerunt , & in
hoc sequemur 31. Dionylium : quoniam
hæc fidelissimè narrat , nec ab eo Liv. &
Plutarch. dissentiant. Mortuo igitur A-
milio, ubi imperium adeptus est 32. Nu-
mitor, comparare statim cogitavit adolescē-
tibus dominationem propriam, alteraturbe
conditā. Nam & civilis multitudinis in-
cremētum ; multiplicatā prole emittere,
pulchrum bonūmque esse ducebat , maxi-
meque adversam sibi aliquando factionem
ne suspectos retineret ; communicatoque
cum eis consilio, ubi ipsis eadem visa sunt,
33. regionem dat eis, in qua educati erant,
& ex populo, qui suspectus erat, utpote res
novas iterum nisi sub moveretur, aliquan-
do moliturūs , & ex Trojano genere nobi-
lissimos , & si qui suā sponte voluissent,
commigrandi fecit potestatem. Donavit
autem adolescentibus pecunias , armāque,
& frumentū , & servōs, & jumenta one-
raria, & si quid aliud effet urbis constitutio-
ni conferens. Ut verò Alba 34. demigra-
rant adolescentes , commiscentes etiam,
quic-

quicquid erat hominum vel in Pallantio, vel circa Saturniam habitantium, multitudinem omnem in duas partes dividunt. Hoc autem eis opinionem præbuit ambitionis, ut æmulatione mutua celerius opera perficerent. Cæterum 35. causa maximi mali, seditionis, fuit. Nam utrique, dum, suum Duxem extollunt, nata est cupiditas, ut alter alteri dominaretur. Errumpunt primùm, cum locum condendæ urbem non eundem uterque eligeret. Romuli erat sententia, ut in 36. Pallantio contendent, cùm aliarum rerum causa, tum fortunæ loci, quæ servari ipsos, & nutriti præstiterat. Remo autem videbatur, ut ab eo vocatam 37. Remoriam incolerent. Etenim locus, ad capiendam urbem opportunitas, collis non procul à Tyberi, x x x stadiis Româ distans. Dum ita contendunt, visum est, ut omnia avo 38. materno permittant. Is jubet Deos iudices facere, ut peractis sacris bonas aves observet, & qui prius meliores aves habuisset, iesisset coloniæ dominus. Sententiâ comprobata Romulus ascendit
Pallan-

Pallantium, Remus Aventinum, adhibitā
ambobus custodiā, ne quid perpetam age-
tur. Romulus 39. sive dolo, sive suben-
te Deo, antequam ullum signum vidisset,
per nuncios fratrem venire quām celesti-
mē juber, quia meliores aves haberet prior.
Remo sex vultures signum dant, à dextris
volantes. Sed ubi ad fratrem, * quisnam
prior aves vidisset? Hærebat autem Romu-
lus, nihil habens, quod responderet. In-
terim XII vultures fausti, Romulo se osten-
dunt volantes. Quibus visis, confirmatus
iste, ostendensque eos fratri: Quid dudum
ivsa, inquit, scire postulas? ipse enim alites
spectas. Rem graviter tulit Remus quod
per fraudem coloniam à se detractam cer-
neret. nam prior faustas aves inspexerat.
Orta est 40. contentio & pugna, in qua
mortuus est & Remus, & Faustulus, adole-
scientium educator, dum inermis inter ar-
matos se conjecit, cōtentione diremptu-
rus. Mortuum 41. Remum frater in Remo-
ria sepelit, & miserrimam 42. victoriam ex
fratris nece adeptus, præ dolore & pœni-
tentia.

rentia gestorum, seipsum linquens, in vita desperationem convertit. Verum 43. Accâ Laurentiâ, eâ, quæ illos suscipiens expeditos educaverat, nec secus ac mater completebatur, consolante & rogante persuasus exsurgit, Latinos congregat, quicunque pugnæ superfuerant, paulò plures tribus hominum millibus, ex majori longè numero Pallantium mutuit. Hic sermo de morte Remi verissimus omnium est: licet quidam 44. dicant, concessio fratri principatu, dolentem Remum, structo muro, cum demonstrare velle inanes munitiones, dixisse: Ecquis hostis non hæc facile transcedet, sicut ego transiliisse que muros: tum Celerem quendam operi præsidentem respondisse: Ecquis nostrum non hunc hostem facile repelleret? caput inde ejus pelvi percussisse, & statim interfecisse, & eum finem dissensionis fratrum fuisse. Ubi autem nulla causa impedimento erat urbis constructioni, prædicens, quâ die placatis Diis initium operum facturus eslet, præparatis omnibus, quæ ad sacrificia

& ad populum excipiendum percommoda futura essent, ut statutum temporis advenit, ipse prius Diis sacra faciens, aliosque jubens idem pro viribus facere, aquilas primùm excipit: deinde focos antetaber, nacula fieri jubens, educit populum, flaminas transiliebat expiationis pollutio-
num causa. Peractis factis, quanta Diis humana ratione poterant effici, convoca-
tis que omnibus in destinatum urbis lotum, quadrangularem figuram describit, jan-
etisque ad aratum bobus, mare & fœni-
nā, sulcum perpetuum duxit, qui esset mu-
rum excepturus. Hęc cūm fecisset, immola-
to bove utroq; multisq; aliis victimis, insti-
tit operibus. Hęc ex Dionysio excerptissim⁹.

Roma 45. dicta fuit à Romulo, ut Varro, Livi⁹, Dionysius, Plutarchus, & Pöp. tradunt. Sed ideo Roma, & non Romula, ut ampliori vocabulo, prosperiora patriæ suæ ominaretur.

In triginta partes divisisse, &c.) De multitudinis divisione ita PLUTARCH. in Romulo inquit: Conditā civitate, primū Romu-

Romulus eos, quibus inerat ætatis vigor,
46. in militares legiones distribuit: quare
quilibet peditum tria millia, & equitum ter
centum numero continebat. Ceteram
verò multitudinem, populum 47. vocavit.
48. Centum deinde creat Senatores, quos
Patres appellavit: & ordinem, Senatum.
Quā quidē nominis appellationē, à senectu-
te emanasse constat. Patres autem vocatos
ferunt, quodd liberorum patres essent, *aut*,
ut quidam volunt, quodd, qui non habebāt,
eos possent tanquam suos patres demon-
strarer: quod multam contigerat, & his po-
tissimum, qui primū civitatem tenuerant.
~~Vel~~, quodd ipsi reliquæ multitudini patroni,
hoc est, defensores esse debebant. Nam
sic Romani defensores appellant, à Patrone
quodam, ut existimant, ex iis, qui cum Eu-
andro olim ea loca tenuerant, viro quippe
laborantis in opia plebis studiosissimo ac o-
pitulatore. *Aut* certè Romulus ipse, quos
videbat virtute ac dignitatis excellentia
ræstare, ut eos aliquo præmio exornaret,
superiores fecit, sic Patres appellans, ut ea
nomi-

nominis mansuetudine & benignitate, &
 magistratus austoritatem, & privatorum
 formidinem ac invidiam succidere posset.
 Quæ consuetudo hucusque conservata est,
 nisi quoddam plures indies huic ordini ad-
 scriberentur, Patres 49. conscripti modò
 appellantur. Quod nomen etiam priscum
 illud dignitate excellit : & peregrini non
 Patres eos, sed Romanos principes vo-
 cabant, & cæteros defensione Patronos.
 Hæc ille 50. Livius vero ait: *Cum jam viri
 non paeniteret, consilium deinde viribus parat.*
Centum creant senatores, sive quia si numerus
satis erat, sive quia centum erant, qui creari pa-
tres possent. Patres certè ab honore, Patriotæ
eorum progenies appellati. Hæc Livius. Sed,
 ubi Sabini recepti fuerunt in urbem, Ro-
 mulus in xxx Curias populum divisit, ut
Livius tradit, & PLUTARCHUS iis verbis. 51.
Duplicata igitur civitate, centū illicè ex Sa-
biniis creant Senatores. Duplicatur 52. etiā le-
giōnum numerus, ut quilibet sit peditum
sex millia, & equitum sex centū. Centuri-
53. quoque tres descriptæ sunt, & appellatæ
prima

prima à Romulo Rantienis, altera Tatien-
sis à Tatio, & à Lucero Luceris, ubi consti-
ta tum erat a syli templum. Nec plureis fuisse
id testatur, quod huc usque centuriae Tri-
bus dictæ sunt: qui vero iis præerant, Tri-
buni vocati. Harum quælibet decem curias
cōtinebat. Hæc Plutarchus, Dionysius ve-
rò Halicarnassus, 54. ut suprà diximus,
dissentit à Livio & Plutarcho: cùm dicat,
Romulum omneis prædictas divisiones an-
te receptionem Sabinorum fecisse. ait er-
gò: Conditâ urbe 55. Romulus rex & ab
hominibus & Diis creatus, multitudinem
trifariam divisit; singulis partibus singulos
prefecit duces clatissimos. Deinde trium
ruris earum partium unamquamque divi-
dens in deñas partes æqualeis, harum quo-
que Duces designavit fortissimos viros.
Vocavit autē partes majores, Tribus: & mi-
nores, Curias. Essent autem eā nōmina lin-
guâ Græcâ interpretata, Φυλὴ quidem &
τριβής, tribus: Φερτέσαι vero & λόχος, Cu-
ria: homines vero, qui tribuum dūcatus ha-
bēt, Φυλάρχαι quidem & τριβυάρχαι, quos

Romani Tribunos vocant, qui vero ~~φερέσθιοι~~ præsiderent, φερέστιοι, & λοχαῖοι, quos illi Curiones dicunt. Erant autem etiam in deputias divisæ Curiae, Ducē, que singuli suam quisque decuriam tuebantur, appellati & illi lingua incolarum Decuriones. Hæc fuit prima divisio.

26. Altera item hominum ipsorum fuit, commoda, & honores pro dignitate cujusque partiens, illustreis genere & spectatæ virtutis viros, tum pecuniis (ut illis temporibus) divites, & quibus erant filii, ab ignobilibus discrevit, humilibusque & egenis, vocavitque tenuitoris fortunæ homines Plebeos, quemadmodum Graeci cicerent δημοποιους, & qui meliori erant conditione, Patres: sive, quia alios ætate præcederent, sive, quia filii eis essent, sive ob nobilitatem generis, sive propter hæc omnia, ex Atheniensium rep. (ut aliquis opinari posset) ea quæ tunc erat, seu etiam ex præsenti, exemplo sumpto. Hli enim in duas partes multitudinem dividentes, eos qui ex familiis erant illustribus,

* ευπά-

* εὐποτείδας vocaverunt, iisque mandata erat civitatis tutela : reliquos autem cives ἀρχοίνοις * dixerunt, qui nullius erant publici juris domini. Cæterum, post aliquantum temporis, ii quoque assunti sunt ad magistratus. Ac qui quidem probabiliora de rep. Romanorum scripsere; Patres esse vocatos illos iis de causis dicunt, progeniemque eorum deinceps Patricios. Ubi verò hæc constiuit, consiliarios statim instituere, quibus cum seria perageret, cogitavit, centum viros ex patribus eligens, fecitque delectum eorum hoc modo. Ipse enim unum ex omnibus optimum designavit, cui permitti postero putavit urbana negotia, cum ipse exercitum extra fines duceret. Tribuum autem unicuique edixit, ut trinos viros deligerent, qui & prudentissimâ ætate essent, & generis nobilitate excellerent. Post hos autem novem viros, etiam Curiis singulis imperavit, trinos ipsos quoque maximè idoneos ex patribus diligere. Posteaq[ue] novem primis à tribubus electis addens xc.

B 4

quos

* i. e. Patritios.

* i. e. rusticos.

quos Curiæ suffragiis prætulerant, eo quoque, quem ipse elegerat; duce addito, centum consiliariorum numerum explevit.

Consilium autem hoc Græcè interpretatum,* γένουσιας significare potest, aë sic hucusque ipsum à Romanis Senatus dicitur.

Utrum autem propter senectutem eorum, qui in id consilium erant electi, an propter virtutem hoc cognomen habuerint, affirmare non satis queo. Nam & seniores & optimos solebant prisci senes appellare. Hujus autem ordinis participes, Patres conscripti dicti sunt. Hæc Dionysius. Iis xxx. Curiis additæ postea fuerunt quinque, ut tradit *Festus Pompejus*. Sic fuerunt xxv, ut testatur *Appianus* lib. i. de Bellis civilib. Alconius Pædianus 2. in Verrem actione. Idem Dionysius, Livius, Plutarchus, & Pompejus scribunt.

Curia locum 58. etiam significat, ubi publicæ curæ geruntur, ut *Varro* etiam & *Pompejus* tradunt. Aliquando, ubi tantum ratio factorum geritur. Inde est, quod Romulus sacerdotes Curiones appellavit,

* *Senatum.*

pellavit, teste 59. Pomponio Læto præceptor meo.

Leges quædam, &c.) Romulus 60. multas leges tulit: quarum, ut PLUTARCHUS meminuit, potissima hæc fuit, Ne qua mulier à marito divortiretur: neque propelli posset, nisi aut beneficio in filios, aut clavium adulteratione, aut stupro caperetur. si securus, viri fortunæ mulieri provenirent. Tulit & legem, ut DIONYSIUS inquit, quâ voluit mulierem nuptam, quæ per sacras leges viro conjuncta esset; pecuniarum omnium sacerorumque esse sociam. Tulit & hanc, ut idem ait, quâ originem potestatem per omne tempus vitæ patri in filium concessit, sive coercere, sive yetberare, sive vinculum rustico operi detinere, sive mallet etiam occidere, vendere, &c. pagri filium permisit. & hæc lex posita fuit à x viris, in iv tabula, iii. Tabularum, ut idem scribit.

Tulerunt & sequentes leges, quæ omnes conscriptæ extant in libro Sexti Papyrii, qui fuit illis temporibus, quibus Democriti Corinthi filius

filius Priscus, ex principalibus viris.
Isque liber (ut diximus) appellatur
ius civile Papyrianum. non, quia Pa-
pyrius de suo quicquam ibi adjecit,
sed quod leges sine ordine latae in
unum composuit.

SUMM A R.

Series Regum Romanorum. n. I.

Numa Leges. 2.

C. Papirius. 3.

Textus emendatur. 4.

Tarquinius Priscus fuit Demarati filius. 5. *Super-*
bis fuit hujus Prisci filius. 6.

Priscus unde dictus 7.

Demarati genus. 8. *mercatura.* 9. *sedis translatio.*
• *10. Oeconomicus status* 11.

Numa & Lucumo Demarati filii. 12.

Lucumonita migratio; 13. *nominis mutatione.* 14. *digni-*
tas. 16.

Janaqili. 14.

Corinthii. 17.

Corinthus. 18.

Reges sequentes tulerunt; &c.) Scilicet 1.

Numa Pompilius; Tullus Hestilius, Ancus
Martius, Tarquinius Priscus, Servius Tu-
lius, Tasquinius Superbus. *Numa.* 2. *leger-*
in his

tulit pluribus, & utilibus, ut Plinius nepos tradidit, ex quibus, ut Dionysius inquit, hæc fuit: Si pater filio permisit uxorem ducere, sacrorumq; & pecuniarum sociam legibus futuram, non amplius potest atem esse vendendi filium patri. Tulit & hanc, ut Festus Pomp. inquit: Si quis hominem liberum sciens mori dederit, parricida esto. Et hanc, ut idem Festus & Gellius tradunt: Pellex aram Junonis ne tangito. si tanget, Junoni crinibus dimissis agnam fæminam cadito. Leges aliorum Regum invenies apud Dionysium Halicarnasseum.

C. PAPYRII)3. De hoc Papyrio nusquam aliud legi, nisi apud Dionysium (qui sentire videtur, eum fuisse post reges exactos) hæc pauca: Post ejectionem regum, leges & sacrorum descriptiones in usum rursus publicum traductæ sunt, à Pontifice C. Papyrio, sacrorum omnium principatum habente.

PRISCUS) In omnibus 4. aliis codicibus mēdosè scriptum est Superbus: quod ferre veritas non potest. Legatur igitur nostra emendatione Priscus. Nam s. Tarquinius s. Priscus, Demarathi Corinthii filius,

fuit, ut Livius, Dionysius, Plinius Nepos, Strabo & alii scribunt. 6. Superbus verò hujus Prisci filius fuit, ut Strabo clarè ostendit in s. libro. Idem volunt Plinius Nepos, & Eusebius in Temporibus, quantum ex ipso elici potest. Dionysius verò & Florus, quantum ex ipsis colligi potest, volunt fuisse nepotem Prisci. Livius incertum reliquit, cum dicat, Tarquinius Prisci Tarquini regis filius nepos ve fuerit, parum liquet, plurimis tamen autoritatibus filium crediderim. Priscus quintus rex Romanorum fuit 7. dilitus Priscus (ut Festus Pompejus tradit) quia præs fuit, quam Tarquinius Superbus ideo dicitur Priscus, id est antiquus.

DE MARATI Corinthii) Demaratum
8. Corinthius fuit, ut Dionysius & Livi. scribunt, ex Bacchidum familia: quæ, ut Strabo inquit, annis ferme ducentis Corinthum dominatione tenuit. Is mercaturam 9. exercere volens, navigavit in Italiam, onerariam navem adducens propriam, & onus proprium, exoneransq; onus ipsam in urbibus Etruscorum, facilissimus tunc omnium Italiaz,

et,

& lucra inde magna capiens, nolebat amplius adduci in alios portus, sed idem mare assiduè peragrabat: Græcas vero merces ad Etruscos, & Etruscas in Græciam veniens. factusque fuit multarum pecuniarum dominus. Occupante 10. autem Corinthum seditione, & instante Bacchiadibus Cypelli tyrannide, cum haud tutum videatur sub tyrannide vivere, hominem praesertim multa possidentem, eumque ex familia factionis optimarum, compositis rebus suis, quibuscumque erat ferri possibile, à Corintho solvens, cum frequenti populo profectus fuit: habensque amicos multos ex Etruscis, & bonos, propter continua commercia, maximèque in Tarquiniiis urbe magnâ aliquando, & felici, domum ibi sibi construxit. 11. & uxorem genere illustrem duxit: susceptisque duobus filiis, Etrusca eis nomina imposuit, Aruntem 12. scilicet, alterumq; Lucumonem vocavit, & utrumque Græcâ & Etruscâ disciplinâ eruditivit, virisque factis uxores ipsis ex illustrissimâ famili cepit. nec multo post senior eorum
B 7
decessit.

decessit, uxore gravidâ relictâ; postque paucos dies etiam præ incertore Demaratus : qui cùm ignoraret nurum ferre uterum, Lucumonem filium solum hæredem reliquit. Lucumoni 3. cùm in ea urbe, quia peregrinus esset, majoribus honoribus non dignaretur, audiretque Romæ & externis honores dari, illuc contendit, maximè adhortante Tanaquili 14. ejus uxore: quæ Entruscâ disciplinâ imbuta, maximos illic honores illum assecuturum esse prædixit: Romæque civis factus, sibi pro 15. Lucumone Lucium nomen posuit: et Tarquinium ab urbe, unde venerat, se cognominavit. Dehinc pecuniâ & industriâ 16. dignitatem, atque etiam Anci regis familiaritatem consecutus, à quo tutor liberis relictus, regnum intetcepit, & ita administravit, quasi jure adeptus fuisset.

C O R I N T H I I) à Corintho 17. sit Corinthius, Corinthiacus, & Corinthiensis.. Ovid. lib. i. Tristium;

* *Illa Corinthiacis primùm mihi cognitæ terris.. Fest. Corinthienses ex eo primùm dici cœperūt,*

ex:

ex quo coloni Corinthum sunt deducti, qui antea Corinthii sunt dicti. Quam consuetudinem servamus etiam, cum Romanenses & Hispanenses & Sicilienses negotiatores dicimus, qui in algenis civitatibus negotiantur. Corinthus 18. civitas fuit Achaeæ, quæ primum, teste Eusebio in Temporibus, à Sisypho latrone Acoli filio, super isthmo in medio maris Ionii & Aegæi constructa fuit, & † Cercica cognominata fuit: deinde Ephyra, ab Ephyre Oceanî filia, ut Eumelus scribit. Sed postea eversa, & à Corintho Orestis filio instaurata, Corinthus vocata fuit. Ultimè à Romanis incensa fuit, ut ostendit Florus bello Achaico, & Justinus Epitomate *

xxxiiii.

§. III.

Exactis deinde regibus, leges Tribunitia omnes leges hæ exoleverunt: iterumque cœpit populus Ro. incerto magis jure & consuetudine aliqua uti, quam per lata leges idque prope viginti annis passus est.

* Cichyrus, in Scrab. lib. 8.
barbare proprie.

sum.

* fo.

S U M M A R.

Regum filii, dicuntur etiam reges. n. i.

Roma quot annis sub Regibus. 2. Exigere. 3.

E X A C T I S deinde regibus) Hoc est,
Tarquinio Superbo, & ejus 1. filiis, qui re-
ges etiam dicuntur. vel Tarquinio, & ali-
is regibus, qui futuri erant, Reges 2. Romæ
imperarunt, ut Solinus ait, c c x l i annis:
ut Sextus Ruffus, c c x l i i i . ut Dionysius
& Livius, c c x l i i i i . Quare exacti fue-
rint, inferius dicemus.

*Exactis) id est, expulsis. nam exigere, ex-
pellere significat, Plautus in Aulularia: Ita-
que omnes exigit foras. Terent. in Andr. Spe-
ctande , an exigenda vobis sint vobis prius.
Tullius in Philippic. Clavos ademit, forasq;
exegit.*

§. IV.

Postea, ne diutius hoc fieret, pla-
cuit publica authoritate decem cō-
stitui viros, per quos peterentur le-
ges à Græcis civitatibus, & civitas
fundaretur Legibus, quas in tabulas
eboreas perscriptas, pro rostris cō-
posuerunt, ut possent apertius per-
cipi &c.

Sum-

S U M M A .

Pomponius notatur. 1.

Plebis seditio unde. 2.

Legatorum ad Leges Gracia civitatum describendas
missio. 3.

Redditus. 4. Decemviri qui primum creati. 5.

Ad Decemvirosum imperii summum transferuntur. 6.

X. Legum tabula. 7.

Decemviri magistratus abdicant. 8.

Alii Decemviri subrogati. 9.

Appii facinora. 10. Ejus collega. 11.

Decemvitorum tyrannis. 12.

Dua tabb. prioribus X. adjecta. 13.

Bellum Sabinorum & Eboracum. 14.

Decemviri in bellum prodeunt, Appio urbanis rebus
relicto. 15.

Appii Claudiis nefanda luxuriae. 16.

Secessio plebis in montem Aveninum. 17.

Decemvitorum supplicia. 18.

Gracia unde dicta. 19.

Legum in civitate usus. 20.

Ius Civile. 21. Leges in bases aeneas scripte. 22.

Eboracum. 23.

Pro vocabuli variis usus. 24. Rostra. 25.

Pomponius notatur. 26.

XII. Tab. encomium. 27. Hermodorus. 28.

Ephesus 29.

Commentar.

DECAM constitui viros, per quos pe-
terentur

terentur, &c.) Hic Romponius à Livio & Dionysio, & cæteris historiographis dissentit. Nam non x, sed tres tantum constituti legati fuerunt, qui petierunt leges à Græcis civitatibus: quibus reversis cum legibus, creati fuerunt x viri. Sed de legibus & x viris secundum *Livium* videamus, nec à Dionysio dissentit Livius. Plebe 2. Roma. nā quotidianis seditionibus, *tum* ob crea-
dōs de plebe magistratus, *tum* ob feren-
dām legem Agrariam, *tum* ob legem de
solvendo nexos à fœneratoribus, *tum* de-
connubio patrum, omnia involvente, &
tandem communē quasdam leges ferri pe-
tente, ne quis esset in videlicet locus, leges ex-
traneas accersiri placuit. Missi 3: ergo tres
legati sunt Athenas, Spurius Posthumius Al-
bus, Aulus Manlius, Publius Sulpitius Ca-
merinus, jussique inclitas leges Solonis de-
scribere, & aliarum Græciæ civitatum insti-
tuta, mores, iuraque noscere. Qui tertio 4.
redeuntes anno, leges scriptas referunt, pro
quibus sane censendis promulgandisque
centuriatis comitiis, anno ccc. altero Ur-
bis;

bis conditæ , x viros creant. Hi s. fuere , Appius Claudius, T. Genutius, P. Sextius, L. Veturius, C. Julius, A. Manlius, P. Sulpicius, P. Curiatius, T. Romuleus, Sp. Posthumius: placuitq; ne ab horum esset parte 6. provocatio , & x die jus populo singuli redirent, eo die penes præfectum juris fasces xii forent. Eodem ergo anno propositis x tabulis populum ad cōcionein advocant, ire , & legere propositas leges jubent , se, quantum x hominam ingenii provideri potuerit, omnibus summis infimisque jura æquasq; plus pollere horum ingenia , consiliaque, versarent in animis unamq; tamque rem, agitarent deinde sermonibus: atque in medium, quid in quaq; re plus minusve sit, conferrent: omnium sententias æquo esse audituros animo. Postquam satis emendatas 7. esse apparuit, x Tabulis leges scriptas centuriatis comitiis perferunt, ac simul 8. se magistratu abdicant. Cum vero rumor percrebuisse, duabus aliis tabulis pop. Romanis jus plenum & absolutum fore, habitis comitiis 9. alii x viri subrogati sunt. Tum

Appi-

44
Appias, 10. cui comitia habere datum fu-
erat, se contra ius fasque et virum creat. Col-
legae ii. fuere, M. Cornelius Maluginensis,
M. Sergius, L. Minutius, Q. Fabius Vibula-
nus, Q. Petilius, T. Antonius Merenda, C.
Duillius, Sp. Oppius Cornicens. M. Rabu-
leus. novosque collegas, priusquam inirent
magistratum, in suos mores formare coepit,
quotidie et communicabant remotis arbit-
ris, ad Idus Majas rem perduxerent; id est
Majae solennes ineundis magistratibus e-
rant. Cum priores et viri servassent, ut u-
nus fasces haberet, & hoc infigne regium
in orbem suam cujusque vice per omnes iret,
subito 12. cum duodenis fascibus prodiere
omnes. cxx. lictores forum complevere: ne-
que ad rem pertinere, demi secures, quan-
do absque provocatione creati essent, in-
terpretabantur: decem species regum erat.
Incredibile est, quantum ea res urbi terro-
rem injecerit, neque suus urbem fecellit ti-
mor. Primum enim ut a Patribus abstinere
coepissent, in plebem crudelitatem libidi-
nemque exercebant. hominum, non cau-
sarum,
et coibans.

laram, toti erant: ut apud quos gratia vim
æqui haberet. Judicia domi constabant,
pronunciabant in foro. si quis collegam
appellasset, ab eo, ad quem venerat, ita dis-
cedebat, ut pœniteret, eum non prioris
décreto stetisse. Opinio etiam sine autore
exivit, non in præsentis modó temporis eos
invidiam conspirasse, sed fœdus clandesti-
num inter ipsos juréjurando iustum, ne com-
itia haberent, perpetuóque x. viratu pos-
sessum semel imperium obtinerent. Hac
conditione processerat major pars anni, &
x. dux Tabulæ legum prioris anni x. tabu-
lis adjectæ erant, nec quicquam jam super-
erat, nisi eaæ leges centuriatis perferrentur
comitiis. Hoc pacto cum annus laberetur,
nullaque mentio comitiorum fieret, Idus
Majæ venere: & privati facti exactione an-
ni, nullis subrogatis magistratibus, suâ sem-
per crudelitate & libidine urebantur: de-
plorabatur in perpetuum libertas. Sed hos
urbanos strepitus nunciatum 14.° bel-
lum à Sabinis. Equisque impendere, pau-
lulum intercidit. Habito enim 15. delectu-

x.vi-

x. viri armato exercitu in bellum prodeunt. Dum bellum vario eventu geritur, 16. Appius x vir, qui gerendis rebus urba-nis remanserat, Virginiam L. Virginii filiam, diversis artibus stuprare aggreditur: de qua infra dicemus. Hoc tam magno luxuriæ exemplo incitata 17. plebs, montem Aven-tinum occupavit, 18. coëgitq; x. viros magi-stratus se abdicare. ex quibus Appius, & unus collegatum, qui præcipuam pœnam meruerat, in carcerem conjiciuntur, cæteri in exilium mittuntur. Hæc ex Livio excep-simus. sed iam ad Pomponium redeamus.

A GRÆCIS CIVITATIBAS) Græcia 19. dicta est à Græco rege Atticæ regionis, ut Aristoteles in Meteoris inquit.

LEGIBUS fundaretur) Leges 20. ci-vitatum fundamenta sunt, ut Plinius Nepos inquit: Et tunc prius legibus muniret, quam mænibus, edixit: Ne quis vallum transiliret. Marcus Porcius Cato dicebat, leges esse nervos civitatum. Cicero in oratione pro Aul. Cluentio habitâ, sic inquit: Ut corpo-rana nostra sine mente; sic civitas sine lege, suis parti-

partibus, in nervis, ac sanguine, & membris,
ut non potest. Legum ministri magistratus,
legum interpretes, judices, legum denique
iccirco omnes servi sumus, ut liberi esse
possimus. De jure autem civili sic inquit
pro Aulo Cætinna: *Qui jus 21. civile conte-
mendum punit, in vincula revellit non modo
judiciorum, sed etiam militaris vitaq; commu-
nis. Est ius civile, quod neg. gratia inflecti,
neg. potentia perfringi, neg. adulterari pe-
nitiencia possit. Quod si non modo oppressum, sed
& desorium, aut negligentius asservatum erit,
nihil est, quod quinquam sese habere certum,
aut à patre accepturum, aut relicturum liberis
arbitretur.*

(EBURNEAS) Dionys. Halicar. lib. x.
atradit, 22. in bases æneas scripsisse. Ab
ebore fit 23. eboreus, eburneus, & ebur-
neus. Quintil. in vi. *Cum in triumpho Cesaris
eborea essent oppida translata. Ulpianus de
legatis tertio: Quod si in codicibus sint mem-
braneis vel chartaceis, vel etiam eboreis. &
paulo post: Eboream bibliothecam emit. Hi-
eronymus in Canticis: Collum tuum sicut
turris*

turris eburnea. Ovidius: *Impubesq; genas,
Es eburnea colla, decusq;. Virgil. *Humerog;
Pelops insignis eburno.* Tibullus: *Hanc pr-
mum veniens plectro modulata eburno.**

PRO ROSTRIS posuerunt) Pro, 24. id est
in, nam aliquando in significat. Virgilius:
Hirsutumq; supercilium, promissaq; barba,
id est, immissa. Aliquando pro amplificando
ac palam faciendo ponitur: ut prodi, pro-
voca, portrahe, profili. Alias pro juxta, ut
pro sententia, pro judicio. Nonnunquam
pro causa: ut restis inductus pro testimo-
nio, hoc est, causa perhibendi testimonij.
Interdum pro loco: ut cum dicimus, cervam
pro Iphigenia. Plerunque pro ante: ut, *Soli*
pro portu *Messapus Es Acer Atinas;* &, *Stabat*
pro templo, Es Capitolia celsa tenebat. Sæpe
etiam pro porro: ut cum profundum dici-
mus pelagus, cui porro sit fundus: ut, *Hinc*
altas cautes, projectaq; saxa Pachyni. Item
pro autoritate: ut, *Trib. pleb. pro potestate*
intercesserunt, hoc est, authoritate potesta-
tis suæ. Item propter: ut, pro injuria, quam
acepi, hoc est, propter injuriagi quam ac-
cepi

cepi. Est etiam aliquando *adverbium admirantis*: aliquando *interjectio dolentis*: nec aspirationem accipit in fine, ut quidam tradunt. *Lucanus, Pro si remeasset in urbem.*

Rostra 25. quid fuerint; *Lesvius lib. ix.* ab Urbe condita ostendit: *Naves Antiatum partim in Navalia Roma subducta, partim incensa, rostrisq; earum suggestum in foro exstructum adornari placuit. Hæc ille. Erant rostra in foro, locus ad Palatini radices, unde ad populum loqui ut plurimum consueverant: & à rostris navium ibi positis sic quoque cognominatus.*

Datumque est eis fus eo anno in civitate summum, uti & Leges torrigerent, si opus esset, & interpretarentur: neque provocatio ab eis, sicut à reliquis magistratibus, fieret. Qui ipsi cum animadverte runt, aliquid deesse istis primis Legibus, ideoque sequenti anno alias duas ad easdem tabulas adsecerunt, & ita ex accidente appellatae sunt Leges

ges XII. Tabularum : quarum fermentarum autorem fuisse Decemviris Hermودорум quēdam Ephesium exsulantem in Italia, quidam retulerunt.

ANIMADVERTERUNT.) 26. Primi x viri non adjecterunt, sed x viri sequentis anni: ut *Dionysius & Livius* scribunt,

ALIAS duas.) Scilicet tabulas, quas ab equicurilib accepit, ut *Servius* super VII. Aeneid. scribit. Quod non puto verum: nec meminerunt *Dionysius & Livius*.

LIGES XII tab.) De quibus 27. Crassus apud Ciceronem de Oratore sic inquit *Fremant omnes licet, dicam, quod sentio: Bibliotecas mehercule omnium Philosophorum annus mehi videsur XII. Tab. libellus, si quis fontes & capita viderit, & autoritatis pondere, & ubertate utilitatis superare.*

QUARUM.) scilicet duarum Tabularum, quod placeat: vel XII. Tabularum,

HERMODORUM 28. Ephesum.) Hujus *Dionysius & Livius* non meminerunt,

Hunc

Hunc *Plinius* in *xxxiiii. Nat. Historiæ lib.* Interpretem vocat: *Fuit & statua Hermodori Ephesii in comitio, Legum^{*}, interpretis publicè dicata.* Ephesus 29. urbs nobilissima Lydiæ est, Amazonum opus: templum habuit Dianæ, ædificiorum Græcorum omnium pulcherrimum.

§. V.

His legibus latis, cœpit (ut naturaliter evenire solet) ut interpretatio desideraret Prudentium authoritatem, necessariamq; disputationem fori.

Hæc disputatio & hōc jus, quod sine scripto venit, compositum à Prudentibus, propriâ parte aliquā non appellatur, ut cæteræ partes iuris suis nominibus designantur, datis propriis nominibus cæteris partibus: sed communi nomine appellatur Jus civile.

S U M M A R.

Forum unde. 1.

Fori significatus. 2.

Fora judiciaria Romanū quinque fuerunt. 3.

Forum. 4.

Festus reprehenditur. 5.

C 2

Form-

* quas Decemviri scribabant,

Commensur.

FORI.) Forum, teste *M. Varro*, à ferendo dictum est, quod res venales & controversiae illac ferantur. Forum 2. sex modis intelligitur, ut *Festas Pomp.* inquit. Primo, negotiatio*tis locus*, quo venalia feruntur: ut *forum Iulium*, *forum Flamininiū*, *forum Sempronium*, ab eorum nominibus, qui ea *fora curarunt* custodienda. Quod etiam in locis privatis, iisi viis & agris fieri solet. Unde *forum boarium dicimus*, in quo boves venduntur: *forum suarium*, in quo fæces: *forum hortorum*, in quo herba: *forum piscatorium*, in quo pisces: *forum cæpedinis*, in quo cypedia. Alio, in quo judicia fieri, cum populo agi, conciones haberi solent. Fora 3. judicaria Romæ quinque fuisse comperio: *forum Latinum*, sive *Romanum*, omnium antiquissimum: *forum Cæsaris Dictatoris*, in quo loricata in sibi fieri statuam passus est: *forum Augusti*, quod cum æde Martis ultoris extruxit: *forum Nervæ Imperatoris*: & *forum Trajani*, quod in mirabili structura adifica-

edificavit, in quo columna his temporibus
integra cernitur centum quadraginta cubi-
torum altitudine, in qua res gestæ quæ Prin-
cipis admirabili opere insculptæ cernun-
tut. *Tertio*, cum is, qui provinciæ præest,
forum agere dicitur, cum civitates vocat, &
de controversiis eatum cognoscit, ac sen-
tentiam fert. *Quarto*, forum antiqui ap-
pellabant, quod nunc vestibulum sepulchri
dicitur. *Quinto*, locus 4. in navi: sed
tunc est masculini generis: 5. nec sin-
gulari caret, ut Pomp. tradidit Ennius,

*Multa foro ponens agaæq; longa repletur.
Sexto* fori significant circensis spectacula,
hoc est, in circo loca erecta, ut ex his spe-
ctetur. *Livi*. primo ab Urbe Conditâ: *Tum*
primum *circo*, qui *maximus* dicitur, *designa-*
tus *est* *locus*: *divisa* *loca* *patribus*, *equitibusq;*,
ut *spectacula* *sibi* *qui* *que* *faceret*, *foræ* *appellatæ*.
Ex his minores forulòs 6. *dicimus*, qui
aliquando armariola significant, in quibus
libri reponuntur. Juvenalis Satyra III.

Hic libros dabit, & forulos.

Suetonius: *Duobus forulis condidit auratis.*

§. VI.

Deinde ex his legibus, eodem tempore
ferè, Actiones compositæ sunt: quibus inter
se homines disceptarent. Quas Actiones
ne populus, prout vellet, institueret: certas
solemnesque esse voluerunt: & appellata-
tur hæc pars iuris, Legis actiones, id est,
Légitimæ Actiones. Et ita eodem penè
tempore tria hæc iuris nata sunt: Leges duo-
decim tabularum: ex his fluere cæpius Ius
tivile: ex iisdem Legis actiones compositæ
sunt.

Omnium tamen harum & inter-
pretandi scientia & Actiones, apud
Collegium Pontificum erant: ex
quibus constituebatur, quis quo-
que anno præcesset privatus: & po-
pulus propè centum annis hac con-
suetudine usus est.

SUMMARIUM.

Pontifices à Numa instituti. n. 1. Quat. num. 1. Ex
Patribus creati. 3.

Anno Martius eis præfetus. 4. qui appellabatur
Pontifex Max. &c. crr. 3.

PONTIF.

Pontificum auctoritas & officium 6. 7. 8. 9. 10. 11.
12. 13. 14. 15. 17. 18. 20. 21. 22. 23. 24. 25
26. 27. 28. 30. 35.

Pontifex Vestalium magister. 16.

Annales Maximi. 19.

Nomina Pontificum varia. 28.

Pontifices alii ex plebe desunt. 31.

Tiber. Coruncanus primus ex plebe Pontifex. 32.

Pontifices unde dicti. 33.

Pons sublicius. 34. ligneus. 36. lapidius 37.

Commentar.

COLLEGIUM Pontificum, &c.) Pontifices à Numā 1. Pompilio constituti fuerunt, ut Dionysius, Livius & Plutarchus scribunt. Hi 2. quatuor fuere, & ex 3. patribus, quibus Ancum 4. Martium præfecit. Isque appellabatur 5. Pontifex Maximus, quod maximarum (ut Festus Pomp. tradit) rerum, quae ad sacra & religionem pertinent, iudex esset, vindicque contumaciæ privatorum magistratuumque. Et, ut Livius scribit, sacra 6. omnia exscripta, exsignataq; attribuit: 7. quibus hostiis, 8. quibus diebus, 9. ad quæ tempora sacra fierent, atque 10. unde in eos sumptus pecunia erogaretur: 11. ceteraque omnia sacra pu-

blica privatâque Pontificis sociis subjecit, & ut
eret 12. quò consultum plebs iret, nequid di-
vini juris patrios ritus negligendo, peregrinosq;
asciendo turbaretur; nec cœlestes modò cer-
monias, sed iusta 13. quoque funebria, pla-
candosq; manes, ut idem Pontifex edoceret.

Eg P L U T A R C H U S ait: Maximus vero
ex Pontificibus, veluti interpretis, & pro-
nunciatoris, quin Hierophantæ potius ordi-
nem & locum tenet. Qui quidem non 14.
solùm res, quæ publicè sunt, curat, sed &
privatim sacrificantes observat: impedimen-
toque est, ne quis legitima transgredia-
tur, docetque 15. quā quispiam re ad ve-
nerationem Deorum, aut ad postulandam
veniam, indigeret. Erat 16. & sacrarum
virginum custos, quas Vestales appellant.

Pontifex Maximus, ut Cicero lib. de Ora-
to. II. inquit, res omnes singulorum annorum
mandabat literis, referebatque in album, &
18. proponebat tabulam domi, potestas ut esset
populo cognoscendi. In libris 19. Annales maxi-
mi nominabantur. **DIONYSIUS HALI-**
CAR. de Pontificib. sic inquit: Sunt autem

Ponti-

Pontifices rerum maximarum domini: etenim 20. dijudicant sacras omneis causas, privatisque & magistratibus, & ministris, Deorum: ac 21. Lege statuunt, quæcunque sunt sacrorum non scripta & incognita, judicantes ipsi, quæcunque opportuna & convenientia esse apparent Legibus & consuetudini: 22. magistratusque isti omnes, quibus aliquod sacrificium sive culpas Deorum est aliquis attributus: ac 23 sacerdotes etiam ipsi omnes recensent, atque eorum famulos & ministros, quibus utuntur ad sacra: 24. observant iidem, ne quis peccet in sacris legibus. Tum 25. privatis hominibus, quicunque Deum aut geniorum cultiones nesciunt, isti enarratores & prophetæ sunt, & si quos 26. sentiunt iussis suis minimè parentes, mulcent, ad unum quodque negotium respicientes. Sunt autem 27. ipsi nulli cause dicendæ, ipsi multæ obnoxii, neque Senatui rationem, neque populo reddentes. Hoc autem si quis velit 28. Hierodidas callos, sive hieronimianos, sive hisiophylacas, sive (ut mos oenf-

mus) hierophantas dicere, non aberrabit à vero. Defuncto autem 29. eorum aliquo, alius in demortui locum substituitur, non à populo electus, sed ab eis ipsis, qui cunque maxime idoneus ex ciuitibus videatur. Is itaque Sacerdotium 30. probatus accipit, si bonarum eidem avium auguria eveniant. Hec ille.

Cū pōfices solum ex Patribus crearetur, tū plebs Tribunitiis rogationibus obtinuit, M. Valerio & Q. Apulejo cōss. ut inq̄t *Livius* lib. x. ab U. C. ut Pōfices alii quatuor ex 31. plebe crearentur. creatique fuerunt Sp. Decius Mus, P. Sempronius Sophus, C. Marius Rutilius, M. † Tumus Denter. & sic ostendit, fuerunt. Tiberius 32. Coruncanus primus ex plebe Pontifex Max. creatus fuit, ut *Elogius xviii.* Epitome Livii inquit. Pontifices 33. diciti fuerunt à posse ē fācio, ut Q. Murius Scævola Pontifex Max. volebat, quæ denominatio Varroni non placet: sed appellatio existimat à ponte *sublīcio*, ed quod ab iis primū 34. pons sublicius factus est, ac sēpe restitutus. Idem vult *Dionys.*

† *Livius*

onyf. P E U T A R C H U S verò alias ἐν πο-
λογίας huic nomini affert in Numa, iis ver-
bis: Vocatos autem Pontifices alii dicunt,
quoniam Deos colunt, potentiae illos ac o-
mnium dominos. *Alii* verò inquiunt, nomē
effictum esse ad potentum profligationem,
tanquam jubente legum latore, Sacerdotes
obire potētia sacra: si verò quid majoris im-
peditimenti fuerit, criminī illo non appo-
nente. *Alii* verò plurimi, quod in nomi-
nibus rideri solet maximè, autumant atque
confirmant, nihil aliud Pontifices, quam
à pontibus faciundis esse vocitatos, ab san-
ctissimis & vetustissimis sacrificiis, quæ ad
pontem fierent. Esse autem eam 35. ob-
servationem & structuram, veluti aliud
quicquam, ex immotis patriisque sacrīs, Sa-
cerdotibus delegatam. Nefas enim & ex-
secrebile apud Romanos existimari, lignei
36. pontis dissolutionem. Connecteban-
tur autem lignis, ut ajunt, pro divino quo-
dam dicto, omni protus amoto ferro. La-
pideus 37. enim pons diu postea structus est
ab *Æmylio* quæstore. Quinetiam 38.

ligneum post Numæ tempora factum, & absolutum dicunt à Martio rege, qui Numæ ex filia nepos fuit. Hæc Plutarchus.

OMNIUM TAMEN HARUM) Idem Liv. & Val. Max. scribunt. Quorum verba statim ponemus, cùm de Cn. Flavio scribemus.

§. VII.

Postea cùm Appius Claudius proposuisset, & ad formam redigisset has Actiones, Cn. Flavius scriba ejus, libertini filius, subreptum librum populo tradidit. & ad tò gratum fuit id munus populo, ut Tribunus plebis fieret, & Senator, & Aëdilis curulis.

Hic liber, qui Actiones continet, appellatur Jus civile Flavianum: sicut ille Jus civile Papirianum. Nam nec Cnæus Flavius de suo quicquam adjecit libro. Augescente civitate, quia deerant quædā genera agendi, non post multum temporis spatium, S. Aëlius alias actiones composuit: & librum populo dedit, qui appellatur Jus Aelianum.

Sum-

S U M M A R .

Cn. Flavius patre libertino ortus. 1. **Ædilis Curulis**: factus 2. 9. pratoritis: Consulum filii. 11. **Jus Civile evulgat**; 3. Fastos circa forum in albo proponit; 5. 10. **Ædem Concordia** in area **Vulcani** dedicat; 6. Curuli sellâ in nobilium: despectum utitur. 7.

**Jus Civile in penetralibus Pontificum erat reposi-
tum.** 4. 8.

Actiones. 12. **Discrepancia auditorum**, 13.

Commentar.

**Appius Claudius) Cognomento Cæ-
sus,** de quo infra videbimus.

Cn. Flavius &c.) Hujus meminit Livii.
tib. ix. ab Urbe cond. Cneus 1. Flavius Cnei
filius, scriba, patre libertino, humili fortunâ
ortus, ceterum callidus vir, & facundus, 2..
Æditis curulis, jus 3. civile repositum 4.
in penetralibus Pontificum evulgavit, fastosq;
5. circa forum in albo proposuit, ut quando
agi lege posset sciretur. **Ædem** 6. Concordia in
area **Vulcani**, summa inuidia nobilium de-
dicavit. Ad collegam agrum visendi causa
cum Flavio venisset, consensuq; nobilium ado-
lescentium, qui ibi assidebant, resurrectum ei
non esset, curulem. 7. sellam afferri eò jussit.

C. 7.

Hac

Hac sede honoris sui anxior invidia inimicos
spectavit. Idem Val. Max.lib.ii.de Inst. anti-
quis : *Ius 8. civile per multa secula in-*
ter sacra ceremoniasq; Deorum immortalium
abditum, solisq; Pontificibus notum, Cn. Flavi-
us libertino patre genitus, & scriba, cum 9.
ingenti nobilitatis indignatione factus & Edilis
Curulis evulgavit, ac fastos tot openè foro ex-
posuit. Plin. verò lib. xxxiii. Nat. hist. sic scri-
bit: Cn. Flavius publicatis 10. diebus fastis,
quos populus à paucis principibus quotidie pette-
bat, tantam gratiam plebis adeptus est, alioqui
libertino patre genitus, & ipse Appiè Caci scri-
ba, cuius horiatu exceperat eos dies consultando
assidue sagaci ingenio, promulgaveratque, ut
*Aedilis Curulis crearetur cum Q. Anitio Pra-
neftino, qui paucis ante annis hostis fuerat: pre-
teritis C. Petilio & Domitio, 11. quorum pa-
tres Consules fuerant. Additum Flavio, ut simul*
*Tribunus plebis esset. Hujus etiam memi-
nit Aut. Gellius lib. vi. Noctium Attic.*

SCRIBA) Ideo ejus scriba, quia tūc censor
erat, ut Livi.lib.ix.scribit.

S U B R E P T U M librum. I) 12. Actiones

T M

Tullius vocat lib. I. de Orator. Expositis à Cn. Flavio primum actionibus. & lib. VI. ad Atticum: De Cn. Flavio Cn. filio, Ille verò ante x viros non fuit. quippe qui Aedilis Curulis fuerit, qui magistratus multis annis post x viros institutus est. Quid ergo profecit, quod protulit Fastos? Occultam putant quodam tempore istā Tabulam, ut dies agendi peterentur à paucis. Nec verò pauci sunt autores, Cn. Flavium scribam fastos protulisse, actionesque composuisse: ne me hoc, vel potius Africanum (is cuius loquitur) commentum impunes.

TRIBUNUS plebis) Idem Plin. scribit,

Et senator) Hoc non scribunt Livius, Valerius, Plinius.

Et Aedilis) Idem Plinius. Livius vero & Valerius volunt fuisse Aedilem Curulem, cum Fastos circa forum in albo proposuit, & Jus civile evulgavit.

SEXTUS Halius) Dicitur infra de isto Sexto.

§. IIX.

Deinde cum eslet in eivitate Lex duodecim tabularum, & Jus civile, esset

essent & Legis actiones, evenit, ut plebs in discordiam cum patribus proveniret, & secederet: sibique jura constitueret, quæ Plebiscita vocantur. Mox cum revocata esset plebs, quia multæ discordiæ nascebantur de his Plebiscitis, pro legibus placuit & ea observari, lege Hortensia: & ita factum est, ut inter Plebiscita & Leges species constituendi interesset, potestas esset eadem.

SUMMA R.

Secessio plebis in Janiculum. 1.

Plebiscita. Scissore. 2^o4.

Q. Hortensi Dictat. lex. 3.

Legum ferendarum ratio. 5^o6.

Promulgare. 6.

Trinundinum q. Nundina x.

Rusticorum ex agris in urbem itiones. 9.

Discrimen Legis promulgata & late. 10. II.

Commentar.

S E C E D E R E T) scilicet in Janiculum.
De hac secessione L. Florin. x1. Epitome:

mare sic scribit : *Plebs propter as alienum, & propter graveis & longas seditiones ad ultimum secessit in Janiculum. Unde à Q. Hortensio Dictatore deducta est.*

PLEBISCITA) hoc est, statuta plebis. Nam scissere, statuere significat.

LEGE HORTENSIA) à Q. Hortensio 3: Dictatore lata. Nam Legē tulit, ut eo jure, quod plebs statuisset, & patritii & omnes Quirites tenerentur: ut scribit *Aul. Gellius* lib. xv. Noct. Attic. & *Plin. lib. xvi. Nat. histor.* *Quintus Hortensius dictator, cum plebs secessisset in Janiculum, legem in Esculato tulit, ut ea, que iusisset, omnes Quirites tenerentur.*

INTERESSET) Nam cum 4: Plebiscita ferebantur, sola plebs rogabatur: cum verò Eges, populus. Hic locus poscere videtur, ut de constitutione legum pauca differamus. Lex s. trinundino ferebatur, nec alio modo ritè ac justè dicebatur, nisi tūmo promulgata nundino. Est autem 6: promulgare, quasi provulgare, hoc est in vulgus edere, ut *Festo Pomp.* placet &

7. trinundinum, à ternis nundinis dicitur.
 Nundinæ 8. vero, mercatum significant:
 quoniam octo diebus 9. rustici in agris
 versabantur, in opere faciendo occupati,
 & nono quoque die in urbem veniebant,
 rerum permutationes facturi, lites compo-
 situri, ac suffragia Senatus consulo conces-
 sa, si opus foret, latiri. Primi 10. nundini-
 sis, & item secundis, lex promulgaba-
 tur, ut à singulis atque universis (quod ait
Macrobius) facile nosceretur. Tertio foro
 seu mercatu, cum omnis & urbana & agre-
 stis adesset turba, rogatio fiebat, Praeco
 verba legis, Scribâ subjiciente, recitabat:
 & si populus sciscebatur, Lex ferebatur, hoc
 est, in æs incidebatur, & in ærario repone-
 batur, & tunc demum lata dicebatur.
 Tempore 11. promulgationis, hoc est,
 primis & secundis nundinis, intercedere,
 hoc est, contradicere licebat: cum vero lata
 fuerat, minimè. Quam rem significat *Cicero*
 in 1. Antonianarum, dicens adversus leges
 duas, quas Antonius post Cæsaris mortem
 promulgaverat, alteram de tertia decuria
 judicum

de origine juris comment.

67

judicium , alteram ut * de vi damnati ad populum provocarent, si vellent. Ait enim: *Ac de iis tamen legibus , qua promulgata sunt , saltem quers possumus : de iis que jam latæ dicuntur, ne illud quidem licuit. Illæ enim nulla promulgatione late sunt ante, quam scripta. Quid est ergo, quod dixit, Nulla promulgatione late sunt nempe, quodd trinundatio populo recitatæ non fuerunt, nee licuit illis contradicere, vel, ut magis, intercedere.* Unde paulò post ait: *Loquor de legibus promulgatis, de quibus est integrum vobis. non enim latæ erant, sed tantum promulgataæ.*

§. IX.

Deinde quia difficile plebs convenire cœpit , populūsque multò difficilius in tanta turba hominum: necessitas ipsa curam reipub. ad Senatum deduxit. ita cœpit Senatus se interponere: & quicquid constituis- set, observabatur: idque jus appellabatur Senatus consultum.

* Fortè: & de vi & de maiestate damn.

S U M M A.

Plebis appellatione qui veniant. I.

Qui populi. 2.

Turba quid. & unde dicatur. 3.

Senatus unde: & significatus. 4.

Senatum consulum duob. modis fibat. 5.

Commentar.

P L E B S) In 1. plebe (ut Atteius Capito ait, referente ~~Aula Gellio~~) non insunt nobiliotes & patricii. Dicitur autem δῆμος τῶν πλεόνων, hoc est à pluribus, quia plures sunt plebei quam patricii.

P O P U L U S) In 2. populo omnis passivitaris, omnesque ordines continentur. Dicitur ἀπὸ τῶν πολλῶν πλειόνων, à multo pluribus, quod populus omnes ordines complectatur.

T U R B A, in tantam multitudinem:) Turba 3. propriè perturbationem significat: quod docet verbum ex ea significatione ductum, perturbo, disstirbo, deturbo, conturbo, ipsaque Græca origo. Nam à περιβολή deducitur, quod est turbo. Cæterum, quia multitudo non ferè vacat perturbatione, & ipsam appellamus turbam..

AD.

A n. Senatum deduxit.) Senatus 4. à senectute deductus fuit, ut Cicero in Cato-
ne majore, & Plutarchus in Romulo, & O-
vid. in quinto Fastorum scribunt.

Nomen & etatū misē senatu habet.

DIONYSIUS VERO HALICARNASSEUS
inquit: Senatus, utrum propter senectutem
eorum, qui in id consilium electi erant: an
propter virtutem hoc cognomen habue-
sat, affirmare non satis queo. Nam & se-
niiores, & optimos, solebant priscis nomen
appellare.

Senatus fuit AYL. Gellius inquit lib. xix.
Noct. Att.) & pro loco, & pro hominibus
ponitur.

SENATUS CONSULTUM) Quod 5.
duobus modis fiebat, aut per discessio-
nem, si consentiebatur: aut, si res dubia
erat, per singulorum sententias ex-
quisita.

§. X.

Eodem tempore & Magistratus
sunt reddebañt: & ut scirent cives,
quod jus de qua re quisque dicturus
esset, sēque præmunirent, Edicta
propo-

70 *Antonii Cartonis*
proponebant, quæ Jus Honorari-
um constituerunt. Honorarium
dicuntur, quod ad honorem Prætoris
venerat.

S U M M A R I U M

Magistratus. 1.

Magistrare. *Magistri.* 2.

Edico. *Edicta.* 3.

Et *magistratus*) scilicet *Prætores*. Ma-
gistratus 1. duo significat, ut *Fest. Pomp.*
Scribitus verbis: *Magistrare* 2. est mo-
derari, unde *magistris* non solum doctores ar-
tium, sed etiam pagorum, societatum, vico-
rum, collegiorum, equitum discuntur: quia
omnes ii ceteris magis possunt, unde & ma-
gistratus, qui per imperia potentiores sunt,
quam privati. *Qua vox dñabus significatio-*
nibus notatur. nam aut ipsam personam de-
monstrat, ut cum dicimus, *Magistratus iusti-*
aus bonorem, ut cum dicitur, *Titio magistra-*
tus datus est.

EDICTA) Ab 3. *edico*, quod propriè lite-
rit aliquid jubeo, & impero significat: & est
Magistratuū ac Regum Edicta Consulūm,
edicta

edicta Prætorum, sunt literæ Consulum & Prætorum, quibus aliquid iubent atque imperant.

§. XI.

Novissimè, sicut ad pauciores juris constituendi via transisse, ipsis rebus dictantibus, videbatur: per partes evenit, ut necesse esset, Republicæ per unum consuli: Nam Senatus non perinde omnes provincias probè gerere poterant.

Igitur constituto Principe, datum est ei jus, ut, quod constituisset, ratum esset.

Commentar.

RATUM esset.) Idem Ulpianus: Quod Principi placuit, legi habet vigorem, ut potest cum Legi regia, que de imperio ejus latet, est, populus ei, Et in eum omne suum imperium ac potestatem concessit.

§. XII..

Ita in civitate nostra, aut jure, id est Lege constituitur, aut est proprium jus civile, quod sine scripto in sola Prudentium interpre-

pretatione cōsistit: aut sunt Legis actiones, quæ formam agendi continent: aut Plebiscitum, quod sine auctoritate patrum est constitutum: aut est magistratum Edictum, unde Jus Honorarium nascitur: aut Senatus consultum, quod solum senatu constituentे inducitur sine lege: aut est Principalis constitutio, id est, ut, quod ipse Princeps constituit, pro Lege servetur.

§. XIII.

Post originem iuris, & processum cognitum, consequens est, ut de Magistratum nominibus & origine cognoscamus: quia, ut exposuimus, per eos, qui juri dicendo præsunt, effectus rei accipitur. Quantum est enim Jus in civitate esse, nisi sint, qui Iura regere possint? Post hoc deinde de Auctorum successione dicemus: quod cōstare non potest Jus, nisi sit aliquis Jurisperitus, per quem possit quotidie in melius produci.

§. XIV.

Quod ad magistratus attinet, initio Civitatis hujus constat, Reges omnem potestatem habuisse.

§. XV.

§. X V.

Iisdem temporibus & tribunum Celerum fuisse constat. Is autem c-quitibus præterat, & veluti secundum locū à Regibus obtinebat: quo in numero fuit Junius Brutus, qui authōr fuit regis ejiciendi.

S U M M A R . *

*Celeres à Romulo instituti: cur: 1. imitatione Laz-
tedamonitorum. 6. Unde nomen fortis. 1. 3.*

Q. Metellus Celer. 2.

Tribunus Celerum. 4. Centuriones. 5.

Numa Celeres cur dimiserit. 7.

Celeres qui antiquis. 8.

Celeres dicti quandoq; Flexumines, item Trossuli. 9.

Junius Graccharius. 10.

L Junius Brutus familia. 11.

Superbi Tarquinii crudelitas. 12.

Brutifatum se simulanti conditio. 13. Nomen. 14.

Historiorum ducrepantia. 15.

Brutus ex Graculi sensu terram deosculatur. 16.

conjurat in Regum necem. 17. 29. Primus

Consul creatur. 18. 37. 42. Filios securi per-

cussit. 19. Ejus interitus. 20.

Autor. Autoritas. 21.

Ex mulierum laudibus certamina. 22.

Lucretia sedulitas. 23. Continentia. 25. Quorela.

26. Mort. 27. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46.

D

S. TAR-

S. Tarquinii libido. 24.

P. Valerius. 28.

Bruti consilium de regiminis ordinatione. 30. 40.

Approbatur. 35.

Regni incommoda. 31.

Lacedemoniorum Respubl. 32.

Magistratus annue commoda. 33.

Rex sacrificulus. 34.

Spu. Lucretius Interrex creatur. 36. 41.

Regum proscriptio. 39. 43.

Commentar.

TRIBUNUM Celerum.) Videns 1. Romulus (ut verisimile est) quod juventute quoque opus esset quadam statutâ, quâ ute-
retur ad custodiam corporis, & ad urgentia rerum ministeria, tercentos viros ex gene-
rosissimis familiis eligens, robustissimis cor-
poribus, quos curiae renunciarunt, singulæ
denuo juvenes, eos semper circum se habu-
it, nomineque omnes ii continuo habue-
runt, Celeres, ut nonnulli scribant, al-
sequendi ministerii celeritate. Promptos
enim & velocius ad opera, Romani Celeres
vocabant. Unde 2. Q. Metellus Celer
dictus, quod parenti mortuo gladiatōris
Iudos paucissimis diebus absolvit, cūn o-
mnes apparatus illius celeritatem obstupe-
ficerent.

scerent, admirarenturque diligentiam. Valerius Antias & Pompeius Festus dicunt, à primo 3. eorum duce, cui Celer nomen fuit, nominatos fuisse. Præterat enim dux istis, etiam clatissimis, qui Tribunus 4. Celérum dicebatur. Cui tres suberant 5. Centuriones, & sub eis magistratus rursum alii inferiores, qui per urbem seqüentes eum, cum telis administri jussorum erant: in exercitu autem propugnatores, protectoresque erant, ac multa in certaminibus corrigerabant, primi pugnam capescentes, & ultimi prælio excedentes: ubi campus equestri pugnae esset idoneus, equites, & ubi asper inviusque equis lotus esset, pedites. Hunc 6. morem (ut Diogenes ait) mihi videatur Romulus transstulisse à Lacedemoniis, cùm didicisset, quod apud eos generosissimi juvenū trecenti erant custodes Regum, quibus in bello utebantur scutatis, iisdem & equitibus & pedestribus. Numalis quisus non fuit, ut Plautarus inquit scribēs: Numa assumpto imperio, omnium primū crecentorum illorum turmas, quibus ad tutelam corporis Romulus usque utens,

D 2 Celeres

Celeres eos appellavit, dissolvit. Neque enim dignum putabat, aut credentibus minus credere, aut non credentibus imperare. Deinde Festus Pompejus scribit: Celeres 8. antiqui dixerunt, quos nunc Equites dicimus. Idem ait Plin. lib. xxxiiii. Natural. hist. Cap. 2. his verbis: *Equum nomen saepe variatum est, in iis quoq; qui adequatum trahabantur.* 9. Celeres sub Romulo Regibusq; appellati sunt, deinde Flexumenes, postea Trossuli, cum oppidum in Thuscis citra Volscinias hoc nomine, passum novem millia, fine vello adsumento peditum cepissent. Eius vocabuli via duravit ultra Cajum Gracchum. 10. Tuttius certe, qui ab amicitate eius Gracbarius appellatus est, scriptum reliquit his verbis: Quod ad equestrem ordinem pertinet, antea Trossulos vocabant, nunc Equites vocant: ideo, quia non intelligunt, Trossulos nomen quid valeat, multos pudet, eo nomine appellari, & causam, qua superdicta est, exponit, invitosq; etiamnum tam men trossulos vocari. Hec Plinius.

Equitibus.) id est Celeribus.

Junius Brutus.) L. Junius II. Brucus, ut

Dionys.

DIONYSIUS inquit, M. Junii filius fuit, è progeniè unius eorum, qui cùm Aenea coloniam deduxere, clarissimi intet Romanos numerati. Bruti Tarquinia, Tarquinii Prisci filia, mater fuit. Superbus 12, Tarquinius Tullium interficiens, cùm multis bonis, Brutus quoque patrem clausit occidit, nullo tamen delicto, nisi tantam divitias eius inhibens: & cum eo alterum ex duobus filiis maiorem natu sustulit: Juvenis 13. adhuc Brutus auxiliis & cognatorum inops, fatuum se simulavit. Unde Brutus f4. cognomen assumpsit, & in ea fatuitate perseveravit, dum visus non est habere tempus opportunum. Hunc ademptis tamen bonis omnibus sub se custodiebat Tarquinius, non honoris gratiâ, sed stulta dicentem, stulta a- gentem, & veris factis similia, ut adolescenciam risum moveret. Hic itaque Delphos Tito & Arunte Tarquinii Superbi filiis petuit: & cum cæteri dona pretiosa obtulissent Deo, Brutus baculum ligneum obtulit: quod risum illis movit. Sed illic ipsi baculo virgam auseam, nemine sciente, incoluerat.

D 3 Post-

Postquam de portento seu morbo cœnsum
luere, interrogatunt deinde Deum, cui fato
datum esset Romanum imperium. Reddita
vox ex oraculo: Qui primus oscula matri
dederit. Componunt inter se juvenes, ut
Sextum fratrem, qui Romæ erat, lateat: ipsi,
mater osculum redditurus sit (ut 15. Li-
vius ait) sorti permittunt; ut Dionysius, ut
unam matrem oscularentur, pariterque re-
gharent. Brutus alio ratus spectare oraculum
(ut Livius refert) ueluti si prolapsus cecidisset,
terram osculo contingit, quod ea mater commu-
nis omnium mortalius pœnit; ut Dionysius,
ubi quam celerimè Italiam terram ascen-
dit. 16. procidens osculatus est terram.
Plinius Brutum osculatum terram Parna-
ssiam ostendit, cum de lauris loquitur, lib. xv.
Deinde propter stuprum Lucretiae, de quo
statim dicemus, cum Tricipitino & Colla-
tino in 17. exitium Regum conjutavit.
Quibus in exilium actis, primus 18. Con-
sul creatus est, & ita primus regnavit: filios
19. suos scilicet Titum & Tyberium, quod
cum Aquiliis & Vitellii ad recipiendum in
urbem

urbem Tarquinios conjuraverant, virgines cœsos, securi percussit. Deinde in 20. prælio, quod adversus Tarquinios gerebat, singulari certamine cum Arunte filio Tarquinii congressus, sese ambo mutuis vulneribus occiderunt: cuius corpus in foto positum, à collega laudatum, matronæ anno luxerunt.

Quo in numero, id est Tribunorum Celerum. Nam fuit Tribunus Celerum, ut Dioonyssus & Lysis testantur.

A U C T O R.) Non ~~h~~. ab augeo, nec ~~ai~~ωτ~~h~~ αὐθέρν~~u~~, sed à se nascitur, iuste Ser. Autor est, ut sic dicam, factor. Unde Poëtas cæterosque operum conditores, autres vocamus, & illam, qui fecit aliquod opus, qui egit bellum, fecit pacem, autrem operis, autorem belli, autorem pacis dicimus. Quinetiam non tantum qui aliquid facit, sed qui princeps est, & primus jubet, ut aliquid fiat (multaque fieri possunt ab aliquo, alio tamen autore, qui nihil in iis agat) autor appellatur. Unde autoritas dicitur apud Liviam dicitur : Decreverunt

trumpentim , ut quo modo populus regem ius-
sisset id fieratum esset, si patres autores fuerent:
hoc est autoritatem (ut ajunt) suam & de-
cretum interponerent , ratum haberent,
atque ratificarent, sive comprobarent

REGUM ejiciendorum autor fuit, &c.)

Cum Tarquinius Ardeam obsideret , &
Aideates strenue repugnarent , & juvenes
regii obsidione duxitā fessi , interdum otium
(ut Liv. scribit) convivis commissationibusq;
inter se tererent , & forte Tarquinius Colla-
tus Egerii filius , apud Sextum Tarquinium
cœnaret cum aliis juvenibus regiis , 22. in-
cidit de uxoribus mentio . Et suam cum
unusquisque miris modis laudaret, inde certa-
mine accenso , Collatinus negat verbis opus effi-
pauis id quidem horis posse scire , quantum ca-
ceris prestet sua Lycoreia : quin, inquit, si vigor
inevit juventa , concendimus equos & incaluerat
vino sanguines , citatisq; equis Romanis adver-
lant , Regias nurus in convivio Et lusu depreben-
dunt: inde Collatiam pergunt , 23. ubi Lycoreia
dedicam lana inter lucubrantes ancillas in me-
dio adsum sedentem inveniunt . Ita ruris febris
certa-

certaminis laus penes Lucretiam fuit. Adueniens vir, Tarquinioq; excepto benignoq; victor maritus comiter regio*n* invitat juvenes. Ibi Sex. ann. 24. Tarquinium malatido, Lucretiae st^ruprande per vini capie, cum forma, cum castitas spectata incitat. Et cum quidem a nocturno juvenili modo in castra redeunt. Pausis interjectis diebus, Sex. Tarquinius, inscio Collating, cum comite uno Collatiam venit, ubi exceptus benigno ab ignari consilii, cum post eamam in hospitale cubiculum ducuntus esset, amore ardens, post quam satis data cuncta, sopia omnes videbantur, stricto gladio ad dormientem Lucretiam venit, sinistraq; manu multiris petebat opppresso: Tace Lucretia, inquit. Sex. Tarquinius sum. morieris, si emiseris vocem. Cum parva mulier ex somnis nullam spem, propter mortem imminentem, videret, cum Tarquinius faceret amorem, orare, miscere preciosas minas, versare in omnibus partibus muliebre animum. Ubi 25. obstinatam videbat, & noscere quidem moriri inclinari, addidit ad meum deedes: cum mortua jugulatum ferum undum positurum se ait, ac in fondido adulterio.

necata dicatur. Quo terroro 26. cum vici-
set obstinatam publiciam velut viatrix libido,
profectusq; inde ferox Tarquinius, expugnata
muliebri degore, esset, Lucretia tantum capta
aderrimè forens, ut Dionysius inquit;
celerrime coquum ascendit, & veste lu-
gubre cultrō sub stola abscondito, Romam
venit, nec appellans obvium quenquam,
nec appellanti respondens. Quæ ubi patris
domum ingressa est, aderant cognati qui-
dant, procubuit ad patris genua flens; vo-
cemque emittens nullam. Erecta à patre,
luctus causam postulante: Supplico tibi
quit) ut injuriam hanc intolerabilem ulci-
scare, neque despicias filiam morte longè
majora passam. Interroganti de injuria, Ad-
voca (inquit) quoscunque potes, & amicos.
& cognatos, ut hac à me, non ab aliis, acci-
piant. Quibus aūditis, cōsulta, nec vindi-
ctam disserit. Factâ celeri evocatione illūstris-
simorum virorum in domum ejus, Lucretia
rem oranem aperit. Salutato, 27.. deinde
patre, & Deos & lares pressata, celerem si-
bi dari migrationem è vita, edidit cultrum,

unum.

unumque pectori vulnus inferens, ad cor usque gladium trudit. Implora est luctu & muliebri comploratione domus. Pater infusus corpori, cōpletebatur, revocabatque, & ut recreandæ ei ex vulnerē diligentiā adhibebat. Ipsa verò in gremio ejus palpitans, pudicamque efflans animam, emoritur. Atrox est visum omnibus facinus, una fuit omnium vox: Præstare mori, quam has sub tyrannide contumelias pati. Erat cum iis P. 28. Valerius, unius subinorum, qui cum Tatio remanserat, pronepos, vir prudens & alacer, Is ad exercitum ab ipsis mittitur, Lucretiae viro rem omnem relatus, & cum eo defectionem militum à tyrannis sollicitatus. Vix probe egresso ei sit obvius, adducente numine, Collatinus rerum ignarus: & cum eo L. Junius, cui Bruto fuit cognomentum. Conjurant 29. in exitium regum. Ubi conjuraverunt, suscipiens sermonem Valerius dixit. Consideremus item quis sit post dissolutionem regni futurus ad tuendam temp. magistratus, & à quo viro sit designandus.

Declarat quisque vestrum, quæ sentit. Post
que haec dicti multi sunt & à multis sermo-
nes: vilumque ~~est~~ aliquib. potestatem regi-
am rursus esse constituendam, enumeranti-
bus ipsis, quanta in civitatem bona intulis-
sent omnes priores Reges: aliis autem, non
amplius in uno Principe ponendam esse
Rempublicam (percensentibus tyrannicas
iniquitates) sed consensum consilii consti-
tuendum esse omnium rerum dominum, ut
in multis Græcis urbibus. Alii vero neu-
trum quidem horum eligebant statuum:
consulebantque populi rem constitendum,
ut Athenis. Ultimus suscipiens. 30. Bruti-
tus sermonem inquit: Ego Lucreti & Colla-
tine, & vos omnes, qui abstatis, viri boni, no-
vam nullam, puto, vobis constituēdam esse
in præsentia Rēpublicæ formam. Tem-
pus, in quod conducti sumus à rebus, ipsum
breve est, nec facile in eo civitatis ornatum
est concinnari: estque tentatio ipsa mutatio-
nis; et si in præclara incidamus, de hac con-
stituentes, lubrica, nec sine periculo. Licebit
autem nobis posterius, liberatis tyrannide,

cum

cum majori potestate, perque otium consultantibus, meliorem Reip. formam loco pejoris eligore, siquidem melior sit aliqua, eam quam Romulus, & Numa, & ceteri post illos Reges constituentes nobis tradiderunt, ex qua magna felixque & multorum prima ceps hominum facta est usque nostra. Quae verò sequi solent principatum unius auctorita, ex quibus illi ad tyrannicam crudelitatem delinquunt, & ob quae illos oderunt omnes, ea nobis corrigenda & nunc, & ne deinceps fiant unquam, cavenda esse admoneo. Quae nam verò. 31. haec sunt primū quidem, quoniam rerum considerant multi nomina, & ex eiusque adventu vox aliqua aut fugiunt utilia, in quibus etiā Principatum unius esse contigit, mutare vos reip. monen laudo: & eorum qui habituri sunt omniū rerū potestate, neq; Reges, neq; Principes solos amplius vocare, sed moderatiorem aliquam & humaniorem imponere eis appellationem. Deinde minime sententiam unius rerum omnium dominam facere, sed duobus

viris. permittere. principatum regium ,
uti audio 32. Lacedæmonios jam in-
multas æstates facere , ac propter formam
istam administrandi ex Græcis eos præci-
puè bonis utilibus , agereque fœliciter.
Minùs enim contumeliosi minùsque gra-
ves erunt, divisa sibi bifariam potestate , &
habente utroque vim eandem. Pudor e-
nim inter se & inhibitio vivendi ad volu-
ptatem, ambitioq; ad virtutis apparentiam
innasei possit ex hoc honoris æqui princi-
patu, maximeque ex insignibus , quæ regi
sunt tradita, multis ipsis, puto quidem si a-
liqua odiosos affectus & invidiosos apud
multos exhibent, eorum alia minute, alia
que tollere oportere : scéptra dico , coro-
nasque aureas & violaceas, aureique stam-
nis vestes, nisi certis quibusdam tem-
diebusque solennibus, & in pompis trium-
phantum: quandoquidem ea honoris Deo-
rū causa suscipient. Nihil enim hæc offend-
ent , perstringentes oculos, si farrata.
Solum autem iis eburneum in quo leden-
tes dicant, & vestem candidam, circum-
que:

que purpuram, & præcedentes in egressib.
eorum duodecim secares relinquere. Ad
hoc autem, 33. quod ego omnium dicto-
rum fate puto utilissimum, ac ne multum
peccent, qui hunc magistratum suscipient,
causam maximam: non per vitam opor-
tere omnem eos in magistratu esse: gravis
enim re est infinitum omnibus imperium,
ne exibens ullam rationem gestorum, ex-
qua tyrannij dignitur: sed in tempus annu-
um, ut fit apud Athenienses, magistratus
potestatem contrahere. Imperare enim
aliquem quandoque, & cundem parere, ac
priusquam virientur sensus, potestate absi-
stere, arrogantia ingenia comprimit, ne que-
sunt mores inebriari licentiâ. Hæc vero
nobis constituentibus, aderit frui regiâ ad-
ministratione bonis, & malis illam conse-
quentibus liberari. Ut autem 34. nomen
regiæ quoque potestatis, patrum ipsum
nobis, & cum auspiciis prosperis confirmâ-
tium deorum ingressum in urbem, pietatis
causatustodiatur sacrû, creetur Rex aliquis
perpetuus, hunc honorem habiturus per
omnem.

omnem vitam, ab omnib[us] bellico negotio
absolutus: hoc solum habens ut Rex, & prin-
cipatum sacrificiorum, & nihil aliud. Quem
admodum autem unum quodque fiet ho-
rum, audite. Conducam ego concionem,
quando quidem id mihi concessum à lege
est, introducamque sententiam, exulem fi-
eri Tarquinium cum filiis & uxore, urbe si-
mul & regione. omni Romanorum prohibi-
tos per omne tempus, ipsosque & eorum
genus. Quando autem per suffragia con-
firmarint Regem cives, declaras ipsiis, quam
Reip. formam cogitemus, Interregnum eli-
gam, designaturum eos, qui remp. suscep-
pturi sunt, annuamq[ue]; Principatum, depo-
santq[ue]; ego Celerum p[ro]tectorum.
Qui
verò à me constitutus erit Interrex, & curia-
tim adducens concione[m] omnem nominat-
net eos, qui sint habituri futurum regimen,
suffragiaque de ipsis ferenda det civibus:
sq[ue]; pluribus apparebit centuriis, ratam es-
se oportere horum virorum electionem, ac
pulchra de iis veniant auspicia, ii secures ac-
cipientes, & cetera regiae potestatis insu-
gnia,

& censoriam.

gnia, dent operam, ut patriam incolamus liberaim, nec amplius habeant Tarquinii in eam redditum. Hæc sunt igitur maxima eorum, quæ ego vobis in præsens tempus dicenda habeo: particularia vero, neque facultaria, nunc clare discuti (conduci enim sum in tēpus velox) nequeunt, ab ipsis puto fieri oportere, qui imperium suscipient. Deliberare tamen dico oportere hos viros cum Senatu, sicut Reges faciebant, neq; quicquā sine nobis ipsos agere: & quæ Senatui visa fuerint, ad populum referre, ut majoribus nostris moris facere fuit, nihil illos auferentes eorum, quorum antea erat dominus. Sic n. ipsis securissimè & pulcherrimè habebūt imperia. Hanc sententiam. demonstrāte L. Junio Bruto, omnes laudaverant, statimque de iis, qui suscepturi principatus essent, consultantes, Inter regem 35. creandum decrevere Spu. Lucetium, ejus, quæ se interemerat, patrem: ab eoque constituendos esse habituros Regiū 37. principatum, L. Junium Brutum, Luciumq; Tarquinium Collatinum: hosq; Principes vocari instituerunt.

runt, secundum linguæ suæ proprietatem
Confules. Hoc enim nomen interpretatum in linguam Græcam, significare potest symbolos, sive probulos. συμβολῶν enim consilium Romani vocant. οὐπατοι enim aliquando nominari sunt isti à Græcis, à magnitudine potestatis, quodd & omnibus imperent, & supremā dignitatē habeat. Quod enim éminet culmen, οὐπατοι vocabat prisci. Iis discussis, 38. atque constitutis, Diisque precatis ac votis nuncupatis, ut piorum operum justorumque expertentibus ipsis opem fertent, exiverunt in forum: sequeranturque eos famuli, super lecto nigris vestibus constrato, incultam sanguineque conspersam mortuam portantes. Quam ante curiam ponit iubentes, altam & conspicuam, populum in concionem advocaverunt. Turba autem congregata, ascendens Brutus in eum locum, unde iis, qui concilia convocant, mos est concionari, sibiique patricios assistere jubens orationem longam habuit. Ubi verò loqui desit velut uno ex ore:

ore omnes eandem vocem exclamaverunt,
duceret se ad arma. Isque gavisus, Si
quidem (inquit) prius, quæ Senatui viſa
sunt discentes, quod statutum est, firmave-
ritis. Visum enim est nobis, 39. proscri-
bere Tarquinios ex urbe Roma, Romano-
rumque regione, genitique eorum omne,
neminiisque licere de reditu Tarquiniorum
agere, vel dicere. Si que aliquis contraria-
rias faciens inveniatut, ipsum mori. Hanc
si vultis sententiam firmam esse, divisi in
Curias ferti suffragia, & hoc vobis primùm
incipiat esse ius libertatis. Sunt hæc facta:
& ubi Curiæ omnes exilium Tyrannorum
decrevere, progrediens iterum Brutus dixit:
Postquam prima confirmata 40. sunt à vo-
bis, ut oportuit audite etiam reliqua, quæ
cumque consulta sunt nobis de reip. forma-
speculantib., quisnam magistratus fiat pu-
blicorum dominus: Regnū quidē visum est
nobis nō amplius constitui oportere, Prin-
cipes autem singulis annis binos creare Re-
giā potestate, quos vos in comitiis designa-
bitis.

bitis, ferentes calculos per centurias. Si hæc igitur quoque vobis volentibus facta sunt, per suffragia declarare. Laudavit quoque hanc sententiam populus, neque adversus calculus ullus fuit. Post hæc progredivs Brutus 41. Inter regem designat, curam Comitiorum habiturum ex patriis legibus, Spurium Lucretium, isque solveus concionem, jussit omnes in campum ire, in quo eis consuetum erat habere comitia, cum armis celeriter advenientibusque eis elegit 42. duos viros, perfecturos omnia, quæcunque agere licebat Regibus, Brustum & Collatinum. Vocatusque populus per centurias, sanxit eis imperium. Itum est Ardeam, ad persuadendos milites ad defectionem. Quod facile obtentum est. Rex iis 43. auditis, Romanum veniens ad comprimendos motus, rite obvians eis, qui jam ad exercitum missi erant, portas urbis clausas invenit, exiliumque illi indictum est. Hæc ex Livio ex. Dionysio:

§. XVI.

Exactis deinde Regibus Consules constituti sunt duo : penes quos summum jus uti esset, Lege rogatum est. Dicti ab eo, quod plurimum reipub. consulerent. Qui tamen ne per omnia regiam potestatem sibi vindicarent. Lege latâ factum est: ne ve possent in caput civis Romani animadvertere injussu populi, solum relictum est illis, ut coercere possent, & in vincula duci suberent.

SUMM A R.

Historicorum diversitas. 1.

Penes, *Apro.* 2.

Consulum primorum insignia. 3.

Fascium usus horum Consulum tempore. 4. *tempore Publicola.* 5.

Litteres unde dicti. 6. *Eorum officium* 7. *Nummorum.*

9. *Institutio.* 10.

ingarum & securium in fascibus preferendarum ratio. 8.

Imponi insignia ab Etruscis. 11.

Consulis auctoritas & officium. 12. *Eius designandi modus.*

modus. 13. *Tempus in eundem magistratus.* 16.
Appellatio. 18.

Camitia. 14.

Candidati. 15.

Consulo. 17.

Lex Valeria cuiusmodi. 19.

Historicorum diffensus. 20.

Animaduertere. Punire. 21

Vincula. 22.

Commentar.

CONSULES constituti sunt.) Scilicet 1. à Lucretio praefecto urbis, ut Livius inquit, ex commentariis regis Servii Tullii, L. Junius Brutus & L. Tarquinius Collatinus, Anno ab Urbe condita ccXLIII. vel à Lucretio Interrege, ut Dionysius ait.

PENES 2. (ut Ulpianus tradidit) amplius est, quam apud. Nam apud te est, quod qualitercunq; à tenetur. Penes est, quod quodammodo possidetur. Festus Pompejus in hoc differre inquit, quod apud personam cum loco significat ut apud Platonem, id est, in loco, in quo est Plato. Penes vero personam & dominium ac potestatē: quod trahi dicit à perfidis: ut; perges te est stilus, & vita mea, q̄us in manu tua: & arbitrium

bitrium vitæ meæ penes te est. Penes, dū tantum ad personam refertur, non modò dominium adesse significat, verùm etiam laudem, ac vituperationem. De laude, Cicero in Bruto: *Cujus penes quos laus adhuc fuit, * rationis & scientie.* De vituperatione, Quintilianus in Gladiatore: *Veretur, ne illius inexplicabilis & sepè reprehensi odii alii culpa videatur penes patrem, qui tam facile irascitur.* Aliquando tamen requirit personam sine dominio: ut, fides penes autores est, id est, apud. Nonnunquam loco servit, Cicero ad Herennium: *Ita petulans es atque acer, ut ne adsolarium quidem * ut milis videtur, sed penes scenam, & in ejusmodi locis exercitatus sis.*

Summum jus esset.) Consularis potestas exemplo regiae potestatis constituta est, ut diximus. 3. Consules primi, ut Livius inquit, omnia iura omniaq; regalia insignia tenere, nisi quod fasces ambo non habebant, ne duplicitus terror Romanis videretur. Brutus (ut idem ait) prior, concedente collegā, fasces habuit

* non fuit r̄s.

* idoneus.

habuit, DIONYSIUS verò inquit: Vetiti
 (ut mihi videtur) ne ex hac novâ forma ad-
 ministrandæ reipublicæ innasceretur mul-
 tis opinio nequaquam vera, quod pro uno
 duo Reges facti essent vobis domini, habete
 Consulum unoquoque duodecim secures,
 sicut Reges habuerant, metum civibus adi-
 mere cogitarunt, potestatisque hujus invi-
 diam imminuere, 4. statuentes alterum
 consulum xii. secures præcedere, alterum
 verò ministros xii. virgarum tantum fasces
 habentes, & (ut quidam tradunt) etiam
 cornicines, fierique securium susceptio-
 nem ex conversione, unum mensem ob-
 tinente eas invicem utroque. 5. Publi-
 cola (ut idem DIONYSIUS scribit) abstulit
 à fascibus secures, constituitque futuris
 post se Consulibus consuetudinem, ut cum
 extra urbem essent, uterentur securibus:
 intus verò, tantum fascibus ornarentur.

Hic locus exigere videtur, ut de lictori-
 bus & fascibus aliqua dicamus. 6. Lictor (ut
 Aul. Gellius censet lib. xii. Nocti Attica-
 rum) à ligando dictus: licet PLUTARCHUS
 in

in Romulo & Problematis, græcum putet; quod græcè λειτουργός per simplex minister populi dicitur. Lictores 7. carnicis officio fungentes, virgarum fasciculis cum securi ligatum portabant, magistratusque prætabant, ac quotiens jussi erant, fascem solventes, primò virgis reum cedebant, mox securiferiebant. Livius de cæde filiorum Bruti: *Missiq; lictores ad sumendum supplicium, nudatos virgis cedunt, securiq; ferriunt.* Sed cur lictores virgas alligatas ferment, PLUTARCHUS Problemate LXXXI, inquit: An signum 8: est, non oportere magistratus iracundiam promptam ac dissolutam esse? an virgarum dissolutio, morâ & tarditate iram frangit, & impetum moderatur? Sed malitia quoniam partim medicabilis est, partim curari non potest, virgæ, quod medicari potest, corrigunt, securerunt, atem, quod emendarinon potest, abscondunt. Et 9. erant Lictores Consulum XII. Prætorum ac Præsidum sex. Quos aliqui volunt primò Romulum instaurasse, sive à vulturum numero, sive ab Etruscis

E

Bayerische
Staatsbibliothek
München

scis ed oītum, quod *Livio* placet. Verāma
DIONYSIUS HALICARNASEUS in-
 quīt, II. Tarquinium Priscum Etruscos
 penē dōmitos coēgisse, ut insignia Regum
 suorum Regi Romāho traderent. Quāz hæc
 fuēre, XII secures, trabea, carules, annuli,
 phalerae, paludamenta, prætexta, togæ pīqæ,
 tunicæ palmatae, & omnia imperii insignia,
 quibus imperii majestas eminebat. Apud
Mackobium autem legimus, *Tullum Ha-*
stilium, *Regē Romanorum tertium*, debellatis
Etruscis, sellam curulem, lictores, & togam pi-
 etam atq; prætextam, insignia magistratus
Etruscorum, Rome ut gererentur, instaurasse.

Et *Silius Italicus* de iis ita inquit:

Maoniaq; decus quondam Veturonia
gentis,

Bissenos hac prima dedi præcedore fasces,
Et totidem junxit tacito terror securis.

Hec altas eboris decoravit honore curu-

Et princeps Tyrio vestem prætexit offra.

Fasces erant ex bocula gallicâ arboe can-
 didissimâ.

De 12. autoritate & officio Consulis

sec

Ec scribit Ciceron lib. III. Legum : Regiosimperio duo sunt. iusq; preeundo , . judicando, consulendo, praetores, judices, consules, appellator, militiae ius summum habento, nemini parento, salutis de populi suprema lex est q; eundem magistratum, ni interfuerint decem anni, ne quis capito, avitatem annale lege servanto, dæda justa justè gerunto, sociis parcento , se & servos continent, populiq; sui gloriam augento, domum cum laude redeunto. Idem in oratione pro Rabirio : *Summum in Consulibus imperium, sumnum in Senatu consilium.* Honorum populi finis erat Consulatus, ut idem pro Planco scribit.

De 13. constitutione Consularis potestatis illud vulgo compertum est , habitis scilicet per Consules, sive alterum duorum, sive per Interregem aut Dictatorem 14. Comitiis, quæ tribuum centuriarumque conuentu ac suffragiis constant, & in campum Martium accitis, quod, qui Consulatum petitari essent, in campum descendebant: alique cōd, quod tunc candidis vēstibus induit sunt, 15. Candidati vocantur. In

quem igitur populi suffragia Consularibus habitis Comitiis, auspiciisq; ritè peractis, concurrebant, is erat Cousul designatus.

Consules 16. magistratum inibant Cal. Januariis, ut *Plutarchus* in *Mario* ostendit.

Consulatum petentibus necessarium erat, ut pro se ipsis Comitiis interessent, ut *Appianus* lib. II. de Bellis civilibus inquit, per alios petendi facultas nullo pacto decernebatur.

Consulatum & filii familias, & sui iuris constituti, consequuntur, seq; ipsos apud se suâ autoritate emancipandi facultas est.

Tandem etiam institutum, ut qui Consules fierent, ipso jure, sine emancipatione, à patriæ potestatis vinculo liberarentur.

Annum numerus, ab eorum magistratu signabatur.

LEGE rogatum.) Per legem, in qua fereenda populus rogabatur, Brutus populum interrogavit, ut supra ex *Dionysio* recitavimus.

CONSULERENT.) Id est, providerent.

Nam

Nam 17. consulo, cum dativūm solum habet, provideo denotat Ovidius,

At bene consuluit casto Deus equus amori.
 Livius : *Juvabit tamen, rerum gestarum memoria principis terrarum populi, pro virili parte & meipsum consuluisse.* Inde, inquit Nonius Marcellus, *Consulum 18. & Praetorū proprietas quādā, ut consulāt & praecant populis, idq; autoritate Varronis ostenditur de Vita po.*
Rom. lib. 14. quod ideo dicebantur Praetores, quod praeirent populo, Consules, quod consulerent Senatus. De Lingua verò Latina, M. Varro *Consulem dictum esse inquit, quod populum & Senatum consulat.* Plutarchus in Romulo, *Consules à Consō Deo dictos esse tradit: quos utrātous Græci vocant.*

LEGEB(Lata), scilicet à 19. Valerio Publicola, ut Dionys. Liv. & Plutarch. scribunt. In qua scriptum fuit (ut idem Dionysius ait). Si magistratus aliquis Romanum quenquam interficere, verberibusve cedere, aut pecuniis multare vellet, licere utique privato illi à magistratu ad populum provocare, patiq; interim à magistratu

102 Antonii Garronis
nihil, donec populus sufftagia de eo ferret.
Et alio loco sic de haec inquit: Lex, quam alter
Consulum sanxerat, P. Valerius Publicola,
de qua prius dixi : fecisse eam sententias
Consulum invalidas ad puniendum Ro-
manorum quenquam , ante causæ dictio-
nem : permittentem eis , qui ducebantur
ad supplicia , provocare ad cognitionem
causæ ad populum , donecque tulisset popu-
lus de corporibus eorum vitaque suffra-
gium , esse eos in tutu: ac jubentem , qui
præter ista facere conarentur, impunè mor-
ti tradi.

Livius verò lib. x. tradit, hanc le-
gem 20. nullam pœnam imposuisse
Consulibus contra facientibus , iis verbis:
*Valeria lex, cum cum, qui provocasset, virgù
eadi, securiq; necari vetuisset, si quis adversus
ea fecisset, nihil ultraquam improbe factum
adjecit: id quodtum pudor hominum erat uti-
sum. Credo vinculum satis validum legis.*
Hæc lex ter lata fuit, & semper à familia ea-
dem, ut *Livius* codem lib. scribit.

Ab eo) s. Consulibus.

Provocatio) I. rei ad populum.

IN

IN CAPUT *civis Romani animadvertere*) id est, punire civem Romanum. Animadverto 21. constructum cum accusativo, In præposita , idem sibi vult, quod punio: Sed cum hac differētia (ut *Laurentius Valla tradit*) quod punire est quorumcunque, siue jure, siue injuria: animadvertere verò, est ejus, qui in alterum habet potestatem, ordine ac ritè, id est cum animadversione punire. Aliquando etiam ejus, qui in alterum non habet potestatem. Plautus:

It enim in h̄erum animadvertisit graviss.

POPULI) Hoc est, donec populus suffragium tulisset.

IN VINCULA publica) Ideò publica addidit, quia vincularum 22. appellatione (ut Venulejus de verb. significat. inquit) vel privata, vel publica vincula significantur.

§. XVII.

Post deinde cum census jam majori tempore agendus esset, & Consules non sufficerent huic officio, Censores constituti sunt.

SUMMA.

Textus emendatus. 1.

Census à quo institutus. 2. *Quando actus.* 3.

Pomponius notatur. 4.

Censura in Pop. Rom. initium, 5.

Censores unde dicti, ex Liv. Varr. Fest. Javeleno. 6.

Censere. 7.

Censura quinquennalis. 8. 14. 61. *Annua & seme-*
stris facta. 10. *Non bis petenda.* 11. *Ejus*
dignitas & officium ex Liv. Cicer. Plutar. b.
Afco. Padanno. 12.

Lustrum. 9. *Ævarii.* 17.

Censorum numeri. 13 *Hic primū ex Patribus.* 18.
post unus ex Patribus alter ex Plebe 15. 19,
denique uterque ex Plebe. 20.

Mortuo Censorum altero, alter magistratu abit. 21.

Commentar.

CENSUS agendus esset) Hoc est, sienda esset æstimatio rerum ac bonorum omnium, secundūm quam tributa penderantur. In i. omnibus libris, *Augen-*
gendus, legebatur. Nos ita emendavimus,
~~aut~~ *agendus* legatur : cùm Censores creati
 fuerint, ut censum agerent : & cùm legatur
 apud *Livium* & alios, census actus est, &
 censum agere, hoc est, recensere hominum
 facultates.

Census 2. à rege Servio Tullio institu-
tus

tus est, ut *Dionysius & Livius* scribunt. *Censa* 3. dicuntur civium millia lxxx. *Ad*-*jicit scriptorum antiquissimus Fabius Pictor,* *eorum, qui arma ferre possent, cum numero*
rum fuisse. *Secundus* census, tertio anno
post fugam Tarquiniorum, P. Valerio
Publicola, & T. Lucretio Coss. inven-
ta puberum Romanorum cxxxvii millia.
Tertius census, anno xii, T. Larg-
gio Flavio & Q. Clælio Sicilio Coss. i-
dem T. Largius Dictator censum renova-
vit, inventa puberum Romanorum cl mil-
lia. & DCC. Anno xix, id est, secundo post
creationem Tribunitiam, habitus à Coss.
census quartus, inventa civium Romano-
rum clxi. & DCC. Anno xxxvi, Servio
Servilio & Ayl. Virginio Coss. habitus cen-
sus quintus, inventa civium puberum plura
quam c & x. millia, & categorum ccc &
xxx. millia. Anno xxxviii. A. Manlio &
L. Furio Coss. habitus census sextus, & civi-
um Romanorum incertus numerus. Supra
annum LXVI. Censores creati fuere.

(Majori.) Hoc est, cum permultos

E. s. appos.

annos populus incensus mansisset, nec differri census posset.

ET CONSULES non sufficerent.) scilicet propter tot bella imminentia, ut Livius ait.

CENSORES constituentur. Miror, cur 4. Pomponius post Consules statim Censores ponat, cum Dictatores, Triib. plebis, & Ediles, Quæstores, Xviri, Tribuni militum cum Consulari potestate, ante Censores creati fuerint: ut ex Livio patet, quis sic scribit in lv. ab Urbe condita: M. Geganius Macecinus & T. Quintio Capitolino Cossinius 5. Censura fuit. Orum autem initium rei est, quod in populo per multos annos incenso, neque differri census poterat: neque Consulibus, cum eot populorum bella imminerent, operari, id negotium agere. Menta illata ab Seminu est, rem operosam & minimè Consularem suo proprio magistratu egere: cui scribarum ministerium, custodieq; & tabularium cura, cui arbitrii formula defensio subjiceretur. Et Patres, quamquam rem parvam, tamen, quod plures patricii magistratus in Rep. essent, lati accepere. It etiam, quoque avenirit, futurum, credo, ut mox opes eorum, qui praecessent, ipsi honorijus & ma-

jeftatem adiicerent. Et Tribuni (id quod tunc erat) magis necessariam, quam speciosi ministerii procurationem intuentes, ne parvis quoque rebus incommodè aduersarentur, hand sanè tendere. Cum à primoribus civitatis spretus honor esset, Papyrus Semproniumq; , quem de Consulatu dubitabatur, ut eo magistratu parum solidum Consulatum explerent, censuī agendo populus suffragiis prefecit. 6. Censores ab eo appellari sunt. Hæc Livius.

Censores (ut M. Varro de Lingua Latina sit) dicti, ad quorum censionē, id est, arbitriū populus censeretur. Et de Vita pop. Ro. lib. II. Itaque quodd hos arbitros instituerunt, populi Censores appellaverunt: Idem enim vallet censefe & arbitrari. Festus Pompeius inquit: Censores dicti, quodd rem suam quisquæ anti æstimate solitus sit, quanti illi censuerant. Favonius verde Verborum significacione scribit: *Consere* 7. est constitueret, & præcipere. Unde dicere solemus, *Censo* hoc facias, & *Senatum* aliquid censuisse. * Inde *Censoris* nomen videtur tractum. Censura 8. cum quinquennio perduraret, quod tem-

tempus 9. Lustrum dicebatur; à Mamer-
co Aemilio Dictatore 10. annua & seme-
stris facta est, ut Livius tradit lib. iv. Julio
Virginio & Appio Coss. Bis 11. hunc ma-
gistratum ambire non licebat, ut Plutar-
chus in Coriolano tradit. Censura à parva o-
rigine orta, ut Livius ait, tanto 12. postea in-
cremper: o ancta est, ut morum disciplineque Ro-
manæ penes eam regimen, Senatus, equitumq.
centuria, decoris dedecorisq. discriminem, sub diti-
one ejus magistratus, publicorum jus, privato-
rumq. locorum, & veltigalia Pop. Ro. sub nutu
atque arbitrio essent. Cicero de leg. iii. Cen-
sores populi avitates, soboles, familias, pecu-
niasq. censento: urbis templa, vias, a-
quas, ararium, veltigalia tuendor, populiq.
partes in tribus distribuunto, exin pecunias,
avitates, ordines partiuntor, equitum peditum-
ve prolem describunto, caelibes esse prohibento,
mores populi regunto, probrum in Senatu nec-
linquunto: 13. Bini sunt: magistratum: 14..
quinquennium habento, reliqui magistratus:
annuisunt, eaq. potestas semper esto, ordo virtutis
eareto.

careto, ceteris specimen esto. Censura (ut PLUTAR. in Paulō Aemilio tradit) maximæ omnium reverentia magistratum, plurimæq; potestatis in aliis rebus, tum maximè ad morum emendationem.. Nam à Senatu removere potest, equitibus auferre equos, notare infamiam, censum agere, lustrum condere.. Et in M. Porcio Catone inquit: Post Consulatum Censuram ambivit, quæ, cum omnium magistratum facile princeps sit, universæ reipub. supremum & perfectissimum locum habet. Hæc cum, alias res, tum verò, ut mores vitasq; discutiat, plurimo imperio ac potestate est, utque de nuptiis, & liberorum procreatione, de vivendi ratione, de convivii diligenter inquirat: nullam denique omnium cupiditatum ac institutionum esse, quam odorari ac indagari non oporteat. Iis enim longè putabant facilius, quam publicis munib; aut iis, quæ in oculis omnium fiunt, hominum mores cum posse deprehendere, qui severitate disciplinæ, ne quis ad voluntatem uteretur, custodiret: & acerrimè

coërceret , ne quis primam ac consuetam vivendi disciplinam transgrederetur. Ad hoc igitur munus 15. alter patritius , alter vero plebejus deligebantur , quos Censores appellabant. Iis licebat , & integrum erat , & Senatu eos ejicere , & illis equum adimere , qui flagitiosè ac intemperanter degerent. Ipsi quoque sacrificiorum precia curabant , & descriptionibus genera , & recip. officia distinguebant: multas præterea potestates hic magistratus habet. Hæc Plutarchus.

Afcon. Pudian. prima attione in Verrem: Censores quinto 16. quoque anno creari solebant. ii prorsus cives sic notabant , ut qui Senator esset , ejiceretur Senatu: qui eques Romanus , equum publicum perderet : qui plebejus , ne intabulas referretur , & esset 17. ærarius , ac per hoc non esset in albo centuriæ suæ , sed ad huc non esset civis , tantummodo pro capite suo tributi nomine æra pœberet. Notæ censoriæ , quæ duplices erant: nam aut ex Senatu , atque ex alio magistratu reos admonebant , aut ærario's , id est , ut pecunias

pecunias in ærarium mitterent, faciebant: quā plurimæ apud *Valer. Max.* lib. 2. & *Gellium* & *Livium* & alios leguntur.

Censores cùm, præterquam ex 18. patribus, creari aliquando nefas fuerit, id quoque, ut cætera, imminutum est. Unus 19. ex patribus, alter ex plebe creabatur, ut *Plutarchus* inquit.

M. Perpenna Consul; Q. Pompejus, Q. Metellus, ut *Livi lib. l. ix.* scribit, tunc 20. primūm uterque ex plebe facti Cœlores faerunt, & Iustrum considerunt. Illud non prætermittimus, quod tradit *Plutarchus* in *Problematibus*, 24. altero ex Censoribus mortuo, alterum se magistratur abdicare oportebat. Mortuo enim Livo Druso, collega ejus Scaurus, magistratu se minimè abdicare volebat, donec Trib. plebis jussu in carcerem ductus est. Id enim huic observationi causam dedit, ut *Liv. lib. v. tradit*, quod eo anno, quo Galli Romanam ceperunt, altero ex Censoribus mortuo, alter quidem in demortui locum fuit suffectus. Omen ergo visum est, & pro lege

112. Antonii Garrois
lege perpetuò, ne id amplius fieret, obser-
vatum est.

§. XIX.

Populo deinde aucto, cùm cre-
bra orirentur bella, & quædam acti-
ora à finitimis inferrentur, inter-
dum re exigente, placuit majoris
potestatis magistratum constitui.
Itaque Dictatores proditi sunt, à
quibus nec provocandi jus fuit, &
quibus etiam capitisi animadver-
sio data est. Hunc magistratum,
quoniam summam potestatem ha-
bebat, non erat fas ultra sextum
mensem retinere.

SUMMA R.

Latinorum in Rem bellum. 1.

Oberari ante debiti abrogatione bellum degradant. 2.

Pacitiorum suasiones à plебeis xplofa. 3.

SCcuru de suspendendis exactiōibus. 4.

Rejicitur. 5.

Consilium de Dictatura instituenda. 6. Ejus ra-
tio. 7.

edam:

SCitum de collendis magistratibus, & Dictatore creando. 8.

Dictatoris potestas. 9. 27. 28.

Largius primus Dictator. 10. 14. A quib. lectus. 13. Quo anno. 15.

Dictatura à quibus accepta. 11.

Spurius Cassius Magister equicium. 12. Ex plebe. 13..

Dictator unde. 16. Edicta. 18.

Dictator appellatus fuit Magister populi. 19. Cur. 20,

Dictatores primū creabantur ex Paetibus. 21. post explebe. 22. Eorum insignia. 24. Cur eis equo vehi non licitum. 25. Quando creati. 26. Quomodo & à quibus 29. 17.

Sylle Dictatura. 30.

Dictatores clavi figendi: feriarum causa. 31.

Commentar.

MAJORIS potestatis.) quam consularis.

DICTATORES proditi sunt.) Anno XII: post Reges exactos, T. Largio Flavio & Q. Clælio Siculo Coss. congregato concilio in Ferentino agro (ut Dionysius inquit) Latini Sexto Tarquinio, & genero ejus Octavio Manilio ducibus, praesidesq; Aricinæ urbis, & Latini generis participes, suscepserent communiter adversus Romanos bellum.

bellum. Romani verò, paratis opportuni-
nis ad bellum, scribere incipientes Legio-
nes, in multam inciderunt difficultatem,
non eandem exhibentibus omnibus ad o-
pera promptitudinem. Vitæ enim 2. te-
nui homines, & præcipue, qui æs alienum
dissolvere nequaquam poterant, multi ad-
modum, vocati ad arma minime obtempe-
rabant, neque esse cum patriciis partici-
pes alius operis volebant, nisi eis illi de-
cernerent pecuniaæ debitæ dissolutionem.
Quin & urbem relicturos se, eorum aliqui
prædicabant, cohortabanturq; alter alte-
rum, ne in urbe habitare cuperent, nullius
se boni participes faciente. Primum igit-
tur 3. cohortari eos patricii, dissuadereq;
eis ista nitebantur. Postea verò quām ni-
hilo illi moderatores siebant, convenien-
tes in curia speculabantur, quānam decens
opportunitas liberatura esset urbem per-
turbatione. Cūm variè dicerentur sen-
tentiae, victrix fuit sententia, 4. nullum
fieri in præsentia Senatus consultum de iis
sebus. Cūm verò finem caperent præcla-

rum

rum bella , tunc referrent ad Senatum. Confules , exquirerentq; ab iis sententias , nullamq; interim fieri exactio nem contractus alicujus ; sive vadimonii , sive condemnationis , intermittiq; alias disceptationes omnes , justitiumq; iudici , neque cognoscere magistratus de aliquo, praeter ea , quæ ad bellum pertinerent. Hoc Senatus consultum 5. datum in plebem , diminuit quidem aliquid ci vilis perturbationis , sed non tamen sustulit ex urbe omnem seditionem. Erant enim mercenariæ multirudia is aliqui , quibus minimè sufficiens auxilium videbatur spes de Senatu , clari certi q; habens nihil : sed ex duobus alterum postulabant Senatum facere : aut dare eis jatnjam debitæ pecuniæ di missionem , si eos socios habere vellet per culorum : aut non verba eis dantem , rem o mnen ipsum in alia differre tempora. Non enim sensus eosdem esse hominum , cum indigent , & cum omnibus , quorum cunque indigebant , sunt expleti. In tali reip. constitutione 6. speculans Senatus , per

per quem maximè modum fieret , ne plebs amplius moliretur res novas , tollendam esse judicavit in præsentia Consularem potestatem , aliquemq; alium magistratum creandum , belli , pacis , rei q; omnis dominum , Imperatorem : neque obnoxium rationi reddendæ alicujus eorum , quæ veller , aut ageret . Esse verò potestatis tempus magistratui novo moderatum , sex menses , postq; tempus illud semestre imperare rursum Consules . Quæ 7. verò Senatum cogebant ad tyrannicum dissolvendum bellum ; ultroneam tolerare tyrannidem , multa quidem erant alia :: super omnia verò Lex , quam alter Consulum sanxerat , P. Valerius Publicola . Cogitabat igitur hac Lege stante , minimè obtemperaturos esse coactos à magistratibus , pauperesq; , despicientes (ut verisimile erat) supplicia , quæ non statim subituri essent , sed cùm eos condemnasset populus . Abrogatâ verò hac Lege , in multam omnes adduci necessitatem , ut iussa facerent . Ne ergo pauperes adversarentur , si quis hanc Legem palam abro-

abrogater, statuit parem tyrannidi magistratum adducere ad res gerendas, qui leges omnes sub se habiturus esset. Scribitq; **Senatusconsultum**, p̄t quod quidem cipient pauperes, & quæ eis libertatem confirmabat, Legem auferens, latuit. Erat 8. autem Senatusconsultum tale, ut Largius & Clælius, tunc Consules, potestatem deponerent, & si quis aliis magistratum haberet, aut publicarum rerum protractionem unusq; vir, quemcunque Senatus eligeret, populasq; confirmaret, rerum omnium potestatem assumens imperaret, 9. non plùs quam semestrè tempus, maioremq; habens, quam Consules, potestarem. Hoc quam haberet vim, plebs ignorans, deceperit, firma esse, quæ Senatui videbantur. Erat igitur hic magistratus major tytannide, secundùm leges: electionemq; futuri magistratus, Senatui ipsi concedunt consultanti per se se facere. Posthac verò multa affuit primoribus senatus inquisitio, atque providentia de viro, qui esset ad imperium suscipiens. Tandem post

post multa Clælius pronunciat 10. Largium , quemadmodum soliti erant Interreges, seq; magistratu abdicat. Sicq; primus creatus est hic Romæ Princeps unicus belli, pacis , rerumq; ceterarum Imperator. Videntur H. autem mihi Romanis hoc exemplum sumpsiisse à Græcis . Licinius autem putat , eos Dictatorem ab Albanis sumpsiisse, dicens , illos primos post Amulii & Numitoris mortem, deficiente regiâ cognatione, annuos creasse magistratus , potestatem eandem habentes , quam Reges antea , vocasseq; eos Dictatores . Statim ubi Largius potestatem affumpsit, 12. Magistrum equitum designavit Sp. Cassium. Hæc ex Dionysio excerptimus.

Livius verò sic scribit : *In sequens annus Posthumum Cominium & F. Largium Consules habuit. Eo anno Roma, cùm per Iudos à Sabinorum juventute per lasciviam scoriara- pererentur , concursu hominum rixa ac propè prælium fuit parvæg ex re ad rebellionem spe- Etare videbatur res. Supra Latini belli me- gnum id quoque accesserat , quod xxx jam conju-*

conjurasse populos, concitante Ottavio Manilio, satis constabat. In hac tantarum expectatione rerum felicitate civitate, Dictatoris primum creandi mentio orta: sed nec quo anno, nec quibus factis Consulibus, quia ex factione Tarquiniana effont, (id quoque enim traditur) parum crediditum fit, nec quis Dictator primum creatus sit, satis constat. Apud veterrimos tamen autores, T. Largium Dictatorem primum, Sp. Cassium Magistrum equitū, creatos invenio. Consulares 13. legere: Ita lex juber, de Dictatore creando lata. Eo magis adducor, ut credam Largium, 14. qui consularis erat, & potissimum quam M. Valerium Fufum, Volefi nepotem, qui nondum Consul fuerat, moderatorem & magistrum Consulibus appositum. Hæc Livius.

Eusebius in Temporibus sic scribit: Nonno 15. anno post exactos Reges nova dignitas est creata, Dictatura scilicet, & Magister equitum, qui Dictatori obsequetur. Dictator primus T. Largius, Magister equitum Sp. Cassius fuit.

Dictator 16. dictus est, ut M. Varro de lingua

Latina inquit, quodd à Consule dicebatur, cuius dicto, omnes obedientes essent. & PLUTARCH. in Marcellō : Dictator 17. non à populo, aut à Senatu deligi potest, verām alter Consulum, aut Imperator, progressus ad populum, quem censeat, Dictatorem dicit. Unde, quia dictus sit, Dictatorem appellant. Nonnulli ab eo nuncupatum Dictatorem ajunt, quod non populi suffragio aut assensu, verūm quodd is censeat auctoritate proptiā, imperet. Siquidem iussa magistratum (quæ Græci διατάγματα) Romani vocant 18. Edicta. Hæc Plutarchus. Eadem *Dionysius* scribit.

Is appellatus 19 fuit à majoribus Magister populi, ut testatur Cicero de Finibus bonorum & malorum. Et Seneca in epistolis: *Eum quom nos Dictatorem dicimus, & in historiis nominari ita legimus, apud antiquos magistrum populi vocatum hodieq; id exeat in auguralibus libris: & testimonium est, quod qui ab illo * Magister equitum est. Id est dictus 20. Magister populi fuit, ut M. Varro ait, quodd summum ei jus in popu-*

* dominatur,

Iam, summa potestas erat. Ex quo factum fuit, ut qui potestatem aliquam de publico habefet, utpote illud à supra Dictaturæ potestate ortum duceret, *Magistratus*, velut ab albo albatus, appellaretur. .

Dictatores 21. non creabantur, nisi è Patribus. Tandem, ut cætera, id ipsum immutatum est. Bello enim, ut *Livius* tradit, quo d *Romanus* populus cum *Faliscis* gerit, primus 22. de plebe *Dictator* *creatus* est *C. Marius Rutilius*, qui 23. ipse *Magistrum equitum*, etiam de plebe *hominem*, *L. Plautium* dixit.

24. *Dictatores*, *lictores*, & cætera Regū insignia habebant: equo 25. autem in bello non utebantur. primusq; usus est *Fabius Maximus*, ut in ejus vita *PLUTARCHUS* tradit iis verbis: *Fabius Dictator designatus, Magistrum equitum* † *Lantium Numatum* dicens, *primūm à Senatu petiit*, ut equo uti sibi *Dictatori* liceret. Non enim antea equitare *Dictatori* fas erat, sed per quandam *Legem veterem* prohibitum fuerat, sive quod majores vires inesse pedestribus copi-

F

is arbitarentur, & propter hoc Imperatorem in phalange permanere oportere, nec locum deserere: sive, quoniam, ad alia omnia; tyrannica magnaq; sit ejus principatus potentia: in hoc appareret, Dictatorem, volente populo, indigere. Hæc Plutarchus.

Dictator 26. nullo alio pacto cœari consuevit, quam cum vis aliqua major de improviso oborta, ingentem urbi odadem minitari videretur. Cicero lib. III. Legum: Ast si quando duellum grauias, discordia civium est, uno, ne 27. amplius sex menses, si Senatus creverit: id est iuris 28. quod duo Consules, tenet: isq; ave sinistrâ dictum, populi magister esto: equitatum quicunque regat, habeto: pari jure cum eo, disceptator quicunque erit juris. Ast quando consul is est, magistratusve populi, reliqui magistratus ne sumo. Quomodo 29. & à quibus Dictator crearetur, Livius lib. xxvii. ostendit, iis verbis: Decrevit Senatus, ut consul M. Valerius ex Sicilia vocatus, priusquam ex urbe discederet, populum rogaret, quæ Dictatorem dici placeret: eumq; quæ populus jussisset, diceret Dictatorem: Si consul noluerit, Prator urbanus populum rogaret. Si ne
isq;

is quidem velle, tunc Tribuni ad plebem ferrat. Cum Consul populum se rogaturum negasset, quod sua potestatio esset, Pratoremque utriusque rogare, Trib. pleb. rogarunt, plebsque scivit, ut Q. Fulvius, qui tum ad Capuam erat, Dictator disceretur. Sed quo die id plebis consilium futurum erat, Consul nocte clavis in Siciliam abiit, destitutaque Patres literas ad M. Claudium mittendas consuerunt, ne desertare ip. collega subveniret, diceretque, quem populus jussisse, Dictatorom. Ita a M. Claudio Consule Fulvius Dictator dictus. Hic magistratus, cum per quatuor centum annos defuetus fuisset, ut Appianus lib. i. Bellor. Civilium scribit, 30. Sylla Dictator factus, quod nemo unquam fecerat, cum fascibus xxiv. processit, ut Liv. & Appianus scribunt. Euere & alii Dictatores, solo penè nomine: unus figendi clavi causa, ob sedandam pestem, ut Liv. lib. vii. inquit, alter, de quo Liv. lib. vii. Dictator feriarum causa dictus.

§. XIX.

Et his Dictatoribus Magistri equitum jungabantur sic, quo modo Regibus Tri-

buni Celerum: quod officium ferè tale erat,
quale hodie Præsectorum prætorio: Ma-
gistratus enim legitimi habebantur.

SUMMARIUM.

*Magister Equitum à Magistro populi seu Dictatore
designabatur. 1:*

*Spurius Cassius primus Magister Equitum. 2. Ejus
potestas. 3.*

*Praefecti prætorio à Principibus in vicem Magistri
Equitum lecti. 4. Officium ejus. 5. Pri-
legia 6. 7.*

Praefectura prætorii à quibus administrata. 8. 9.

*Praefectus prætorio, declinante imperio, Magister sta-
bili dictus. 10.*

*Dictator ceteras potestates prater Tribunitiam di-
solvit. 10.*

Commentar.

MAGISTRI equitum) 1. Magister e-
quitum à Magistro populi dictus fuit, ut
Seneca in epistol. inquit. Primus 2. fuit
Spuri^o Cassius, à T. Lazio primo Dictatore
dictus, ut suprà ex Dionysio, Livio, & Eu-
sebio recitavimus. Et ut Dictator jus lum-
mum in populum habebat, ita Magister 3.
equitum in omnes milites, ascensores: Dicta-
tori obsequebatur, & secundam post eum
potestatem getebat.

Quod

Quod officium) Magistrorum equitū,
Hodie.) apud Imperatores.

P R A E F E C T O R U M pratorio) 4. Præfetti pratorio, regimētis reip. ad Imperatores
perpetuos translatis, ad similitudinem Magi-
strorum equitum à Principibus electis sunt, ut
Aurelius Arcadius inquit. Disciplinæ 5. mi-
litari præerant. Sed postea aucta erga fo-
renses causas eorum autoritas, ut, cùm ali-
quo tempore à Præfectis prætorio provo-
care liceret, extarentq; exempla majorum,
quo pacto ab iis provocassent, lecta post-
modum Principis sententiā, 6. à Præfecto
prætorio provocatio sublata sit. Credidit
enim Princeps, eos qui ob singularem industri-
am, exploratā eorum fide et gravitate, ad officia
hujus magnitudinem adhiberentur, non aliter
pro sapientia ac splendore dignitatis sua, quam
eundem, fore judicatueros. Also 7. etiam
privilegio hujusmodi potestas subnixa est, ne ab
eorum sententia minores etate ab aliis magi-
stratibus, nisi ab ipsis Præfectis prætorio, restituui
possint. Præfectura prætorii non nisi 8. ab E-
quitibus Romanis administrabatur, donec

*Titus 9. Vespasianus eam suscepit, ut Suetonijs in ejus vita tradit: Praefecturam quoque pratoris suscepit, nunquam ad id tem-
pus, nisi ab Equite Romano administratam.*

*Ubi autem 10. imperium declinare ce-
pit, Praefectus prætorio nomen mutavit,
Magister stabuli dictus.*

M A G I S T R A T U S legitimi.) scilicet
Magistri equitum. Nec exponendum est,
ptiores magistratus: cum Dictator (ut Plu-
tarachus in Pompejo scribit) cæteras pote-
states præter Tribunitiam dissolverit.
*Quod etiam Cicero, Dionysius, Livius tra-
dunt,*

§. X X.

*Iisdem temporibus cùm Plebs à
Patribus secessisset, anno ferè septi-
mōdecimo post Reges exactos, Tri-
bunos sibi in Monte sacro creavit,
qui essent Plebeji magistratus.*

S u m.

S U M M A R I

Divitum exactio eris rigorosa. 1.

Valerius Dictator fit plebi sponsor. 2.

Senatus promissorum immemor. 3.

Sententia de plebis seditione tollenda. 4.

Plebis in sacrum montem secessio. 5.

Menenii Agrippae ad plebem oratio; & *apologia de
venere & membris.* 6.

Tribunorum creatio & officium. 7. *Dies crea-
tionis.* 9.

Patribus non licet esse Tribunis. 8. 15.

Tribunitia potestas Reip? pestis. 10.

*Dissensio Autorum de anno creationis Tribuno-
rum 11. Item de numero 12.*

Tribuni anni sunt magistratus. 13.

Mons sacer. 14.

Tribuni à quibus lecti, 16. *Potestas eorum extra
urbem.* 17.

Tribuni plebis an magistratus. 18.

Qualis eorum & quanta potestas ac officium. 19. 20.
21. 22. 23. 28. 32.

T litera Sctis subscripta. 24.

Tribunorum plebi in Collegas potestas. 25. 26. 27.

Potestas Tribunitia per Syllam debilitata. 29. 76.
vocata per Pompoium. 30.

Liberi Antistiti. 31.

C o m m e n t a r i

F. 4.

C u m

Cum Plebs a patribus secessisset.) Secessionis hæc causæ fuit. 1. Cum plebs à divitiis, favente Senatu, vexaretur, & multa à Senatoribus gravissima perpetretur, coorta est seditio. Ii enim, quibus nullum aderat peculium, aut pignoris, aut venditionis nomine omnibus fortunis exuebantur. Qui verò omnino inopes erant, carceri deducebantur: quanquam plures vulnerum cicatrices, quas ipsi pro patria laborantes inter militandum acceperant, corporibus ostenderent. Postremò cum bellum adversus Sabinos suscepissent, M. Valerio Dictatore 2. pro illis ex Senatus consulo sponsore interveniente, divites sese modestius habituros polliciti sunt. Postquam autem eo bello egregiè ac prosperè confecto, victores hostium redière, 3. nihil in eos mite aut clemens à sceneratoribus perpetratum est: Senatusq; meminisse conventorum dissimulás, rursus eos in vincula duci, ac bonis spoliari, contemnebat. Quocirca sævissimus in civitate tumultus, & intestinæ seditiones erant. Quæ res cum minime latuisset hos,

stes, incursionibus factis, agrum igni vastabant. Cumq; Consule eos, qui per ætatem ferre arma poterant, nominatim citarent, neminē eis obedisse constat. Subinde inter primores discordia fluctuabant. Existimabant 4. nonnulli, districtum illum nimis rigorem adversus inopes, in mollius oportere refici. Cæteri, quorum & M. Coriolanus erat, reluctabantur, non æris magnitudinem, verūm + tantūm & superbiam popularis initium animo versantes, quod adeo temere cōtra Leges insurgatur. Iccirco, ut rēsipiscant, sedandos, restinguendosq;. Cujus rei gratiā cūm intrā paucos dies sāpe Senatus cogeretur, nec ullus propterea rebus afferretur exitus, s. congregati repente pauperes, se mutuō irritarunt. Inde, relicta urbe, in Sacrum montem trans Anienem secesserunt, ubi quietè residendo, violentū quidē nihil aut seditiosū agētes à divitibus se urbe ejectos diu clamitabant: aërem, aquam, & sepulturæ locum ubique sibi præbituram Italiā: nihil amplius & Rōmam habitantes se aſlequi, quām ut pro F 5 divitibus t sentāmen.

divitibus militando, vulnera & mortes excipiunt. Ea res pavorem injecit Patribus. Grandæ vositaque, qui placabiliores & plebi cariores erant, Oratores mittere placuit. Prior orsus 6. Menenius Agrippa, multa cùm plebem orando, tum pro patribus incusando, denique sermone circuito, vulgar tam illam narrasse fabulam traditur. Omnia, inquit, hominis mæbra olim adversus ventrem conspirasse, eumq; (quod solus nihil impariens, ociosus in corpore sedderet) incusasse, cùm interea cætera ad ejus explendos appetitus, & labores maximos & ministeria perferant. Eorum verò fatuitatem in ventrem irrississe. Ignorare enim, quod cùm in se universum suscipiat nutrimentum, cæteris tamen à se distributum rursus emittat. Eadem, inquit, rursus provobis ratio Senatus est. Quæ enim pro debita rerum dispensatione apud eum consilia sunt, nobis omnibus ac nostro usui & emolumento refert atque distribuit. Eâ igitur remitigatis, agi deinde de concordia coepit: concessumq; in conditiones, 7. ut plebii

Plebi sui magistratus essent sacrosancti, quibus auxilii latio aduersus Consules esset, n^eve 8. cui Patrum capere eum magistratum liceret. Ita Tribuni creati.

Dies 9. verò quo tribuni electi fuere, fuit iv. Idus Decembris. Et in loco, ubi eastra posuerunt, erectoraara Jovi solventi mecum. Hæc 10. potestas fuit reip. pestis. Hinc civile nefas ortum habuit, ut apud Appianum patet: & quemadmodum propter seditionem esse cœpit, seditiosus magistratus semper fuit.

ANNO FERE XVII) II. Cicer^o in oratione pro Cornelio de maiestate, sextodecimo ait. Idem *Europius* inquit, *Ensebius* verò in temporibus, xviii scribit. Idem, fere, Pomponius posuit.

TRIBUNOS sibi, &c.) 12. Quot sibi Tribunos creaverit, variæ sunt opiniones. CICERO in Oratione pro Cornelio, duos Tribunos creatos fuisse tradit. Asconius verò PÆDIANUS in expositione illius orationis, aliter sentit, iis verbis: *Non duo Tribuni pl. (q; Cicero dicit) sed quinq; tradunt creatos cum effe-*

est, singulosex singulis classibus. Sunt tamen, qui eundum illum duorum numerum, quem Cicero, ponant: inter quos TUDIANUS & POMPONIUS ATTICUS, LIVIUSq; noster.. Idem hic, & TUDIANUS, adjicunt, treis propterea ab illis duobus collegas esse creatos. Hæc ASCONIUS: LIVIUS ita scribit: Tribuni plebi creati duo, Q. LICINIUS & L. ALBINUS. Ita tres collegas sibi creaverunt. Sunt qui duos tantum in Sacro monte creatos Tribunos esse dicant. L. FLORUS tradit quinque creatos fuisse. Idem PLUTARCHUS in Coriolano ait: & DIONYSIUS sic scribens: 13. Magistratus in annum creant, L. Junium Brutum, C. que SICNIUM Belbatum, ultraq; hos C.P. que LICINIOS & C. VISILIUM Ringanum: ijq; primi quinque viri potestatem Tribunitiam acceperunt. Hæc DIONYSIUS.

Legimus in historiis DIODORI SICULI, APPIO CLAUDIO & T. QUINTIO COSS. creatos fuisse quatuor Tribunos, CN. SICCUM, L. NUMITORIUM, M. DUELLIUM. SP. FLICUM. LIVIUS vero iis COSS. creatos fuisse quinque tradit, sic scribens: Tum primum Tribunitia compitiæ.

comitis creati Tribuni sunt , numero etiam additi tres , perinde ad duo antea fuerint . Piso autor est , nominatq; Tribunos , *Cn. Siccium* , *L. Numitorum* , *M. Duellum* , *Sy. Hicium* , *L. Metilium* .

Anno xxxvi à primis Tribunis plebis , Q. Numitio & M. Horatio Pulvillo Coss. creati fuerunt x Tribuni , bini ex singulis classibus . Itaque cautum est , ut postea crearentur , ut Livius lib. III. inquit .

MONTE sacro) Mons 14. sacer (ut Pomp. Festus inquit) trans Anienem fluvium , ultra tertium milliarium appellatur , quod Jovi fuerat consecratus . Et tria milia passuum , etiam Dionysius , Livius , Plutarcus , distare ostendunt . Piso autor est , in Aventinum factam secessionem fuisse .

PLEBEI magistratus , &c.) Nulli 15. Patrum hunc magistratum capere licebat , sed soli Plebei creabantur , ut defensores plebis essent adversus Consulum conatus , ut Livius & Appianus scribunt . Cicero Legum III: Plebs , quos pro se contra vim auxiliis ergo , decem creaverit , Tribuni ejus sun-

to: quodq; ii prohibuissent, quodq; ii Plebem
rogasent, ratum esto: sanctiq; sunto: neve
plebem orbam Tribunis relinquento.

16. Tribunos Senatus eligebat, ne per-
fectam illi in rep. potestatem haberent, ut:
Appianus scribit...

Tribunitia: 17. potestas nullius domi-
naerat extra urbem, ut *Dionysius* scribit.
Nam potestas eorum erat in moenibus ur-
bis circumsepta, nec fas erat eis extra ur-
bem commorari, nisi ad unum tempus,
cum sacrificium Jovi perficiebant compu-
niter magistratus omnes urbis, pro Latino-
rum gente, in Albanum montem ascen-
dentes.

Trib. 18. pleb. magistratus dignitatem
non habet. Nam, (ut PLUTARCHUS in
Ptolemaicis refert) sicut ceteri magi-
stratus, 19. purpurā non utitur: quia Tri-
bunatus non est magistratus. Nam 20.
nec lictores habet, nec 21. in sella curuli
sedet, jus dicturus: nec 22. creato Dicta-
tore jus dimittit, sicut ceteri magistratus:
sed Tribunatus magistratus & imperio po-
tius

tius objicitur , quām ipse sit magistratus. Magnitudo & fastus Consulem deceat & Imperatorem : Tribunum verò abjectum esse oportet, nec aspectu gravem, nec aditu difficultem, sed facilem , & multitudini commodum ac tractabilem . Unde nec domus Tribuni januam claudere moris erat , sed noctu & interdiu semper patēre , tanquam portus quidam ad profugium , quibus opitulandum esset. Tribunis pl. ut VALERIUS MAX.lib.H.inquit, intrare 23. Curiam non licebat , ante vallum attentissimā curā examinabant, ut si qua ipsi improbassent , rata esse non sinearent. Itaque veteribus Senatus consultis T 24. litera subscribi solebat , eaq; notā significabatur, illa Tribunos quoque censuisse.

Si 25. quando cogendus Trib. pl. erat ad aliqua facienda, id manus collegæ præstabant. Nam cum L. Cotta Trib. pl. ut Valer.lib.vi. ait: æs alienum solvere nolle, quod in jus vocari nequiret, collegæ illum coegerint, comminati, se creditoribus cum concessuros, si postulassent.

Trib..

Trib.pl. etiam 26. errata invicem moderabantur, corrigebantq; Memius Trib. pl. accusatum Aulum Gabinium condemnari obtinuerat, lictoresq; jam manū accusato injiciebant: cùm filius Gabinii Sisenna ad pedes Memmii procidens, veniam patri orabat. Quem ille humi jacentem cùm diu sic esse permitteret, collegæ indignati insolentiam, Gabinium absolvetunt.

Plutarchus in vita Gracchorum, & Catonis Uticensis, tradit 27. motis fuisse Tribunorum plebis, ut uno intercedente, nihil alii possent efficere: ideo, quia jus Tribunitiæ potestatis magis ad impediendum erat, quam ad agendum: Consulemq; 28. à Tribuno pl. in carcerem duci potuisse, unde Scipio Nasica; Quando (inquit) consul civitatem prodit, qui Leges esse salvas cupiunt, me lequantur.

Tribunitiā 29. potestate Sylla (ut *Appian.* lib. I. Bellorum civilium scribit) adeò perfregit ac debilitavit, ut ferè ad nihilum redigeret, cum ex Lege prohiberet, qui Tribunatum gessisset, ulterius potestatem habere non

non posse. Quamobrem omnes qui gloriā aut genere pollerent, Tribunatum in futurum aversati sunt. * Postea 30. verò Pompejus, potestate Tribunitiam in pristinum statum rededit, ut idem *Appianus* lib. II. inquit. De potestate tribunitia nonnulla ex Capitone refert *Aulus Gellius* libro XIII. Noctium Atticatum, ii. verbis : *In quadam epistola Attei Capitonis scriptum legimus*, 31. *Labeonem Antistitum legum ac morum populi Romanij jurisq; civilis apprimè doctum fuisse.* Sed agitabat (inquit) hominem libertas quedam nimia & vecors, usque eō, ut divo Augusto jam principe, & remp. obitiente, ratum tamen ponsumq; nihil haberet, ne sequod iustum sanctumq; esse in Romanis Antiquitatibus legisset. Ac deinde narrat, quid ipso Labeo per viatorem à Trib. pl. vocatus, responderit. Fuisse enim eum, qui missus erat, redire, & Tribunis dicere, jus 32. eos non habere, neque se, neque alium quemquam vocandi, cum moribus majorum Trib. pl. prehensionem habuerint, vocacionem non haberent. Posse igitur eos venire, & prehendisci jubere, sed vocan-

di

de absentem ius non habere. Cum hoc in ea Capitonis epistola legissimus, id ipsum postea in M. Varronis rerum humanarum uno & xx libro enarratus scriptum invenimus. Verbaq; ipsa super eare Varronis adscriptim. In magistratus (inquit) habent alii vocationē, alii prehensionē alii neutrum: Vocationē, ut Co^s. & ceteri, qui habent imperium: Prehensionem, ut Trib. pl. & alii, qui habent viatorem: neque vocationem neque prehensionem, ut Quaestores, & ceteri, qui neque lictorem habent, neque viatorum. Qui vocationem habent, iidem prehendere, tenere, adducere possunt, et hac omnia sive adjungunt, quos vocant, sive accessisse jussérunt. Tribuni plebis vocationem habent nullam, neque minus multi imperiti, perinde atque habent, cā sunt usi. Nam quidam non modo, privatum, sed etiam Consulem in rostra vocari jussérunt. Ego Triumvir vocatus à Porcio, Trib. pl. non ivi, auctoribus principibus, & vetus jus tenui. Item Tribunus cum esset, vocari neminem jussi, neque à collega vocatum parere invitum. Sed quarentibus nobis, ab causam Tribuni, qui haberent summam col- erentur.

descendi potestatem, jus vocandi non habuerint: illud occurrit, quod Trib. pl. antiquitus creati videntur, non juri dicendo, nec causis querelisq; de ad sensibus noscendis, sed intercessionibus faciendis, quibus presentes fuissent, ut injuria, qua coram fieret, arceretur, ac propterea jus ad se vocandi ademnum: quoniam, ut vim fieri veterant, assiduitate eorum, & presentium oculis operuerat. Hac Aul. Gellius.

Dicti Tribuni, quod olim in tres partes populus divisus erat, & ex singulis singuli creabantur: Vel quia tribuum suffragio creabantur.

S U M M A R I

Tribuni tribuum. 1.

Tribus tres, earumq; appellatio. 2.

Volumnius Tragediarum scriptor. 3.

Tribus unde dicta. 4.

Suffragium. 5..

Commentar.

DICTI TRIBUNI.) Non est i. intelligendum de Tribunis pl. ut quidam intelligunt: sed de tribunis, qui tribus tribubus praerant. Nam eo tempore quo Trib. pl. creati fuerunt:

fuerunt, non tres Tribus, sed quatuor erant, ut Dionysius tradit. Præterea non creati tres fuerunt, sed duo, vel quinque, ut supra diximus. Idem, ut Jurisconsultus, *Dionysius* scribit. Urbem Romulus trifariam divisit, & unicuiq; parti unum præfecit, hi appellati fuere Tribuni. Idem *Plutarchus* in *Romulo*: & *Asconius Pædianus* III. in *Verrem actione*, & *M. Varro* de lingua Latina. Tribuni plebis, teste eodem *M. Varrone*, dicti fuerunt, quia ex Tribunis militum primùm facti fuerunt, qui plebem defendenter in secessione.

In *tres partes*) id est, 2. in tres Tribus, scilicet Ramnensem, Titiensem, & Luce-rem. De harum appellatione ita *M. Varro* inquit: Ager Romanus primùm divisus in partes tres, à quo Tribus appellatę: Titien-sium, & Ramnium, & Lucerum nominatę, ut Junius ait. Titiensis à Tatio, Ramnen-sis à Romulo, Luceres (ut ait Junius) à Lucumone. Sed hęc omnia vocabula Thusca, ut 3. Volumnius (qui tragœ-dias Thuscas scripsit) dicebat. Et *Pomp. Festus*

Festus inquit: Titiensem tribum à prænomine Tatii regis appellatam videri. *Et alio loco*: Lucerenses, & Luceres, quæ pars terra populi Romani est, distributa à Tito Tatio, & Romulo, appellati sunt à Lucero, Attæ Rege, qui auxilio fuit Romulo adversus Tatium. *Et Asconius Pedianus* scribit: *Principio tres tribus fuerunt, Titiensis à Tatio rege, Ramnes altera à Romulo, Luceres altera à Lugo monte, sive Lucretino: sive à luce, quæ lucum Asylum vocaverat Romulus.* *Et PLUTARCHUS*: Centuriæ tres descriptæ sunt, & appellatæ, prima à Romulo Raminensis, altera Titiensis à Tatio, & à luce Luceris, ubi constitutum erat Asyli tem-
plum.

VEL quia tribuum, &c.) Tribus 4. di-
ctæ sunt, ut ait *Padian*, aut à tributo dando,
aut quia primò tres fuerunt. *Varro*: Ager
Romanus primā divisus in partes tres, à
quo Tribus appellatæ. *Idem Plutarchus*
tradit in Romulo. *Verrius Flaccus*, referen-
te *A. Gellio lib. xvii.* Noct. Attic. tradit,
tribus

tribus dici & pro loco, & pro iure, & pro hominibus.

S U F F R A G I O.) Suffragium s. verbum est compositum ex sub & fragor, quod non est in ulu, & auxiliari apud antiquos significabat. Sunt suffragia propriè, ut sic dicam, voces, quæ dicebantur ad comitia, in tabellave scribebantur, quibus suam quisque declararet voluntatem, de aliquo eligendo in magistratum. Suffragium etiam sàpè pro auxilio ponitur.

§. XXI.

Itemque ut essent, qui ædibus præessent, in quibus omnia scita Plebs deferebat: duos ex Plebeis constituerunt, quietiam. Ædiles appellati sunt.

S U M M A R Y.

Ædis 1.

Ædes. 2.

Ædis & templi differentia. 3.

SCta in adem Cereris ad ediles plebis delata. 4.

Plebei in Vulcani ade Conciones babebant. 5.

Ædiles. 6.

Ædi-

Commentar.

Qui *ædibus preeffent.*) Aedibus, scilicet *sacrīs*. Aëdeis ab aditu, teste *M. Varrone de Ling. lat. dicta est*, quod scilicet *plano pe-*
de adibant. *Servius* vero ab eo dictam tradit, quod in illa sacrificantes edere con-
sueverunt. *Festus Pompejus ait* : Aedis,
domicilium in edito positum, simplex, at-
que unius aditus : sive ideo ædis dicitur,
quod in ea ævum degatur, quod græcè æ-
œw vocatur. Aedes 2. in plurali, pro domo
*accipitur, ut *ades meas non prescribam*: in*
singulari atque adeo in plurali, pro templo,
*ut *Cicero*, *Ex eo die quo in adem Telluris**
**convocati sumus*, in quo templo quan-*
tum in me fuit, jeci fundamenta pacis : in
quo templo dixit, in qua æde Telluris. Sed
hac in re 3. differt à templo, quod semper
in utroque numero habet adjectionem, ut
in æde Jovis, Mercurii, Minervæ: & in plu-
*rali ædes deorum, ædes Nymphaeum. *Lu-**
**cretius* de Jove loquens, sic ait:*

Ipsæ suas ædes disturbat. Quod perinde
est

144 Antonii Garronis
est, ac si dixisset, Jovis ædes. Horat. quoq;
in III. Carminum pulchrè significavit di-
cens:

*Delicta majorum immeritus lues
Romane, donec templare feceris,
Ædesq; labentes Deorum, &
Fœda nigro simulacra fumo:*

Ulpianus tamen addidit nihil , dicens,
Depositum, vel contra; *Vel si hoc recusaverit in
edem deponendo*: & Familiæ herciscundæ;
aut in edem deponi: & Pomponius hic.

In quibus) scilicet ædibus sacratis.

SCITA sua) id est statuta, ut à L. Valerio,
& M. Horatio consulibus institutum fuit, ut
Liv. tradit , 4. ut Senatus consulta in edem
Cereris deferrentur , ad Ædiles plebis, que
ante arbitrio Consulum suppressabantur, vi-
tiabanturq;. Plebei in Vulcani æde concio-
nes habebant, ut Dionysius tradit.

Duos ex plebe constituerunt) DIONY-
SIUS HALICARNASSEUS sic inquit: 6.
Postquam plebei in urbem descenderunt
ex Sacro monte , petierunt à Senatu , ut
permitteret sibi binos viros quotannis ple-
befos

bejos creare, subministrantes Tribunis omnia, quorum indigerent, judicantesque eas causas, quasi si eis permitterent, ac sacrorum publicorumque locorum & affluentiarum forensis curam habituros. Quo à Senatu concessis, viros duos creavere, quos 7. ministros Tribunorum, & collegas, judicesque vocaverunt. Nunc tamen isti servato eorum gentiliſio, ab officio ipsorum uno, sacrorum locorum Curatores vocantur. subministrativamque potestatem alteram habent quoque, sicut prius, suntque eis permissa multaque & magna, similesque illi quodammodo sunt in plurimis apud Græcos * *ἀγερόμοις*. Hæc ille. De iis sic scribit Cicero lib. III. Legum: Sunioque Aediles curatores urbis, annona, laitorumque solenniam, collisque ad honoris amplioris gradum et primus ascensus est.

AEDILES (appellati) scilicet 8. ab ædibus sacris. M. Varro tamen de Lingua Latina tradit, Aediles dicti, quod sacras & privatas ædes procurarent. Festus verè Pompeius ait: Aedilis in initio dictus est

G

* i.e. fori & non venationum arbitrii.

magistratus, qui aedium non tantum sa-
grarum, sed etiam privatarum curam ge-
rebat: postea hoc nomen etiam ad magi-
stratus translatum est. Dictus est autem
Adfili, quod facilis ad eum plebi aditus es-
set. Sed & ædilatus eadem dignitas dice-
batur: sicut magistratus, & pontificatus,
consulatus. Hæc Festus.

S. XXII.

Deinde cum ærarium populi au-
diens esse coepisset, qui illi prece-
sent, constituti sunt Quæstores: di-
cti ab eo, quod inquirendæ & con-
servandæ pecuniaæ causa creati e-
rant.

S U M M A R.

Ærarium. Eius nominatio, 1.

Saturnales Ærarium. Rom. 2. 7.

Ulpiani & Pomponio diffusus. 3.

Quæstorum origo ex Ulp. 4. Tacito, 5. 14. Plutar-
cho. 6. Livio. 5.

Primi Quæstores. 8. Eorum officium. 10.

Candidati Principis. 11.

Quæstorerex autibus creetur. 12.

Quæstora primi ordinis ibidem: 13.

Numer-

Numerus Questorum auctus. 15.

Quæstura ante Dolabella sententiam gratuita. 16.

Questor inter minores magistratus refertur. 17.

Unde dictus. 18.

Commentar.

DE INDE cum ararium.) Aerarium 1. repositum est æris, hoc est, nummorum, similiumq; rerū preciosarum, atque opum.. Dictum ab ære, ideo quod primi nummi ex ære fuerunt. Ovid. lib. i. Fastorum. *Aera dabant oīm, melius nūnc nomen in auro,*

Victag, concessit præscam moneta nova.

Aerarium 2. Romanum ædem Saturni, cum non omnino publicas pecunias in privatam domum inferri æquum duceret Publicola, constituit, ut in ejus vita Plutarchus scribit. *Macrobius verò lib. Saturnali- orum. i. inquit: Romani edem Saturni era- riū esse voluerunt, quod tempore, quo Italiam incoluit, fertur in ejus finibus nullum furium esse commissum: aut quia sub eonib[ile]rāt cōjus- quam privatum.*

Nec signare solum, aut partiri limite cam- pum,

Fas erat in medium quarebant, ut ait Virgilius.

CONSTITUTI sunt Questores.) 3. Ulpianus à Pomponio dissentit, cum dicat, creatos fuisse temporibus Regum. Inquit ergo: 4. Origo Quæstoribus creandis antiquissima est, & pene ante omnes magistratus instituti sunt. Gracchanus autem in lib. quem de potestatibus scripsit, ipsum etiam Romulum & Numantem duos habuisse Questores, quos non suæ vace, sed populi suffragio creatus scriptum reliquit. Sed si aut dubium est, an Romulo & Numæ regnantibus, Questores fuerint: ita Tullo Hostilio rege Quæstores fuisse, certum est. Crebrior opinio apud veteres est, Tullum Hostilium primum in Remp. induxisse Quæstores. Hæc ille. Et 5. Cornel. Tacit. lib. XL Annal. Quæstores Regibus etiam cum imperantibus instituti sunt, quod lex Curiata ostendit, a L. Bruto repetita. PLUTARCHUS 6. verò scribit, Publicolam in suo primo consulatu concessisse populo, ut Quæstores crearet, iis verbis: In Quæstoria Lege ferenda maximam est laudem consecutus.

Ubi

Ubi enim opus erat ad bellum pecunias pro facultatibus cives conferre , cùm neque ipse id munus obire vellet , & ab eo obeundo amicos deterreret , nec omnino pecunias publicas privatam in domum inferri æquum duceret , 7. Ærarium adem Saturni constituit; itaq; hodie manet. Concessit autem populo , ut Quæstores duos creare posset , 8 creatique sunt primi, P. Veturius & M. Minutius , & pecuniæ permultæ coactæ. Cenim & XXX. millia in ærarium redacta sunt , orphanis & viduis remissæ tributo. Hæc Plutarchus. Livius 9. vero abiis dissentit , & cum Pomponio convenit , cùm inquit lib. i v. Consules nunquam fuerant , Regibus exactis creati sunt.. Dictatoris nec imperium nec nomen fuerat , apud Patres esse cœpis . Tribuni pleb. Ediles , Quæstores , nulli erant , institutum est , ut fierent..

Qui pecunie præfessi) Asconius Pa-
dian. ii. in Verrem actione: Quæstores io.
Urbani ærarium curabant , ejusq; pecunias
expensas & acceptas in Tabulas referebant

Ex Questoribus (ut Ulpianus tradit) quidam solabant vectigalibus exigendis Provincias sortiri ex Senatu consulo, quod factum D. Druso & Porcina Consulibus. Sane non omnes *Quastores Provincias* sortiebantur: verum excepti erant 11. *Candidati Principis*. It etenim solis libris legibus principalesbus in Senatu vacabant. Hq[ue]d[ic] q[ui] 12. obtinuit indifferenter *Quastores* creare, tam patricios quam plebejos, cum prius solum patribus crearentur. *Ingressus* 13. est enim, & quasi primordium gerendorum honorum, sententiaq[ue] in Senatu dicenda. CORNELIUS 14. de *Quæstoribus* multa scribit, iis verbis, lib. XI. Annal. P. Dolobella censuit, spectaculum gladiatorum per omnes annos celebrandum, pecunia eorum, qui Quæsturam adipiscerentur. Sed *Quastores*, Regib[us] etiam cum imperantibus, instituti sunt: q[ui] Lex Curiata ostendit, à L. Bruto repetita. Mansitq[ue] Consulibus potestas deligendi, donec eum quoque honorem populus mandaret. Creati q[ui] primum 15. Valerius Potitus & Aemilius Mamerinus, sexagesimo tertio anno post Targninos exactos.

exactos, ut rem militare comitarentur. Deinde gliscoenibus negotiis duos additi, qui Romæ curarentur. Mox duplicatus numerus, stipendiarijā Icalia, & accedentibus provinciarum vectigalibus. Post lege Sylle xx creati supplendo Senatu, cui judicia tradiderat. Et quanquam Equites judicia recuperavissent, Quæstura 16. tamen ex dignitate Candidatorum, aut facultate tribucnium gratuitè concedebatur, donec sententiā Dolobella velut venundaresur. Hæc Cornelius. Quæstor 17. quia minoribus magistratibus adscribitur, neque prehensionem, neque vocacionem habet, ut tradit M. Varro lib. xxi. rerum humanarum. Ideo, quemadmodum privatus, injus vocari solet.

DICTI sunt Quæstores.) 18. ULPIANUS: Quæstores à genere quarendi initio dicitur, & Junius, & Trebatius, & Fenestella sorbunt. Varro de lingua latina: Quæstores à quærendō, qui acquirerent publicas pecunias, & maleficia, quæ Triumviri capitales nunc conquirunt, ab iis postea dicti, qui quæstionum judicia exercent, Quæstores.

§. XXIII.

Et quia, ut diximus, de capite civis Romani injussu populi non erat Lege permisum. Consulibus ius dicere, propterea Quæstores constituebantur a populo, qui capitalibus rebus præcessent: hiq; appellabantur Quæstores paricidii, quorum etiam meminit Lex xii. Tabularum.

SUMMARI.

Capituli. Paricii Quæstores. 2. Paricida. 3.

COMMENTARI.

CAPITALIBUS rebus) Capitale, & per apocopem Capital, ut *Festus Pomp.* tradid, facinus est; quod capitio pœnâ trahit. *M. destinus* de verborum significatione) Capitalis, licet Latinè loquentibus omnis causa existimationis videatur, tamen appellatio Capitalis, mortis, vel amissionis civitatis intelligenda est.

QuæSTORES paricidii) Hos paricos *Festus* appellat. Parici Quæstores appellabantur, qui solabant oreari causa rerum

capita-

capitalium quarendarum. Nam paricida non utique is, qui parentem occidisset, dicebatur, sed qualemcumque hominem. Inde autem fuisse, indicat lex Nume Pompilis regis, sic composita verbis: Si quis hominem liberum sciens morti dederit, paricida esto.

§. XXIV.

Et cum placuisset Leges quoque ferri, latum est ad populum, ut omnes Magistratus se abdicarent, & Decemviri constituti sunt anno uno. Hi cum magistratum prorogarent sibi, & rem injuriosam traherent, neque vellent deinceps sufficere magistratus, ut ipsi & fatio sua perpetuo Rempub. occupatae retinerent, nimirum atque aspera dominatione eò Remp. perduxerunt, ut exercitus à Repub. secederet.

Initium fuisse secessionis dicitur Virginius quidam: qui cum animo G. adver-

advercisset, Appium Claudium
 contra ius, quod ipse ex vetere ju-
 re in XII. Tabulas transtulerat, vin-
 dicias filiae suæ à se abdixisse, &
 secundum eum, qui ab eo suppo-
 situs, in servitutem petierat, dixis-
 se: captumq; amore virginis omne
 fas ac nefas miscuisse: indignatus,
 quòd vetustissima juris observantia
 in persona filiae suæ defecisset (ut
 pote cùm Brutus, qui primus Romæ
 Consul fuit, vindicias secundum
 libertatem dixisset in persona Vin-
 dicis Vitelliorum servi, qui pro-
 ditionis coniurationem in dicio suo
 detexerat) & castitatem filiae suæ,
 vitæ quoque ejus præferendam pu-
 ratet: arrepto cultro de taberna
 Ianionis, filiam interfecit, in hoc
 scilicet, ut morte virginis contu-
 meliam stupri arceret, ac protinus
 recens à cæde, madentq; adhuc
filia

filiæ cruore, ad commilitones con-
fugit : qui universi de Algido, ubi
tunc belligandi causa Legiones
erant, relictis Ducibus pristinis,
signa in Aventinum transtulerunt,
omnisq; plebs urbana nro x eodem
se contulit. Ita populi consensu
partim Decemviris in carcere ne-
catis, partim in exilium aetis, rur-
sus Respub. suum statum recepit.

S U M M A R Y

Decemvirus sine provocatione ex Patribus creatis,
forma civitatis iterum mutatur. 1.

Pomponius à Livio dissidet. 2.3.

*Appii Claudii Decemviri libido in Virginiam no-
fanda. 4.*

*Pater Virginia fuit L. Virginius. Eius spon-
sus Icilius. 5.*

*M. Claudio minister libidinis: vocat virginem
ad Appii tribunal. 6.*

Advocati Virginiae. 7.

Appii placito fortiter resistetur. 8.

*Virginia è castris evocatus filiam in forum dedu-
xit. 9.*

Appii sceleratum judicium. 10.

Virginiae xvi egestas. 11.

Virginia filiam cultro transfigit, 12.

Sp. Op-

Sp. Oppius collega Appiis. 13. 18.

Virginius in castra profectus operis commilitonum implorat. 14.

Mulcitudinis auxilium. 15.

Decemvirorum cura & securitas. 16.

Milites, castris ordinis, Aventinum insident. 17.

Legati mattuntur. 19.

Decem Tribuni milicium creantur in urbe. 20.
Cem alii in castris. 21. *Hi viginti ex sedero duos creantur.* 22.

Plebis ex Aventino in sacrum Montem secessio. 23.

Horatii & Valerii oratio. 24.

Decemviri se in Patrum potestare futuros adfiramant. 25.

Horatius & Valerius ad Plebem revocandam amittuntur. 26.

Plebis postulariae. 27. *Disuadentur à Legatis.* 28.

Decemviri abdicant se magistratu. 29.

Plebis Tribunos plebis creantur. 30.

Cohesyscreantur. 31.

L. Virginius lasto. 32.

Vindex. *Lis vindicarum.* 33.

Vindictus. 34. 38.

Livii dissensu à Diotyfia & Plutarcho. 35.

Wicellii. 36.

Conjuratio. 37.

Taborne. *Officina.* 39.

Lanio. *Lanius.* 40.

Plinii jurisdiscrepantia in Lysis & Diotyfia. 41.

Algidus & Algidum. 42.

Aventinus mors. 43.

Velabrum. *Velatura.* 44.

Decemvirorum, Appii, Oppii & aliorum interius, 45.

M. Claudii exsiliu[m]. 46.

Commentar.

ABDICARENT, &c.) *Livius* vero inquit.

Postquam redierunt legati anno III. cum Atticus legibus, placuit creari decemviro[s] sine provocacione: Et ne quis et anno aliis magistratus esset, admiscerentur ne plebes, controversia aliquandis, fuit: postremo concessum Patribus. Anno CCC. altero quam condita erat Roma, iterum mutatur forma civitatis à Consulibus ad Decemviro[s].

ANNO UNO) 2.ultra unum annum, cùm in annum creati fuissent, ut *Dionysius* & *Livius* scribunt.

SIBI) scilicet 3. Decemviri secundi anni. Nam, ut *Livius* inquit, Decemviri anni posuisse legum x. Tabulis, magnate se abdicarunt. Sed cùm percrebuerit, duas deesse tabulas, alii Decemviri subrogati sunt, qui cùm ad x. duas adiecissent tabulas.

& complura impotenter fecissent, magistratum noluerant deponere, & in tertium annum retinuerunt, donec invito eorum imperio suum attrulit, libido Appii Claudii.

INITIUM fuisse setessionis) Cum Decemviri in annum tertium imperium retinerent, & bellum à Sabinis Aequisq; nunciatum esset, & Decemviri delectu habuero in bellum prodiissent, & Appius Claudius & Oppius ex Decemviris gerendis urbanis rebus remansissent, 4. Appius plebeje virginis stupranda libido cepit. Per ter s. L. Virginitu eam desponderat L. Icilio Tribunitio viro. Hanc virginem adularam, & formae excellentem, & Appius amore ardens precia & spe pedicere adorans, postquam omnia pudore septa anima adverterat, ad crudelēm superbamq; vita animum converut, 6. M. Claudio negotium dedit, ut virginem in servitutem affereret, neque cederet secundum libertatem postulantibus vindicias. Vergini venienti in forum (ibi namq; in tabernac litterarum ludi erat)

rant) Claudius minister Decemviri libidinis
159
 manū injecit, servā sua natam, ferūamq; oppel-
 lans, sequiq; se puellam juberet, cunctantem ut ab-
 stracturum. Pavidapuella stupente, ad cla-
 morem nutritiis fidem Quirium implorantis
 fit concursus. Jam à vita erat, cùm assertor
 nibil opus esset multitudine concitata ait: se jure
 grassari, non vi. Vocat puellam in ius, atri-
 toribus qui aderant, ut sequeretur. Ad tri-
 bunal Appii peribatum est noscam judici fabia-
 lam petitor, quippe apud ipsorum auorem argu-
 menti per agit: puellam domi sua natam, furtoq;
 inde in domum Virginis translatam, supposi-
 tamq; ei esse, id secundicio compertum afferre,
 probaturumq;: interim dominum sequi ancil-
 lam aquum esse. Advosati 7. puella, cùm Vir-
 гинium reip. causa abesse, dixissent, biduo affu-
 turum, si ei nunciatum sit: iniquumq; esse ab-
 sente de liberis dimicare: postulant, ut rem inte-
 gram in patris ad ventum differat. Appius 8.
 ait placere patrem accersiri: interea iuris sui ja-
 Eturam assertarem non facere, quin ducat puer-
 lam, sifendamq; in adventu ejus; qui pater effe-
 dicatur, protinusat: Cuna mavis fratre-
 rentur.

rent; P. Numitorius puella avus, & spensus Icilius, interuenit. Icilius, ut erat acer vir multa intrepide vociferantem, per licetorem Appius submoveri jussit. Sed cum Icilius constantissimo animo resistere pergeret, ac multitudinis ingens concursus fieret, Appius, ne exortus tumultus novandi res occasionem facheret, vades de virginē sistenda in posterum diem in judicium dāti jussit. Interea 9. patrem accersit at nuncii, advo lat in urbem pater, ac in arce primā luce, cum civitas in foro expectatione erecta staret, Virginius sordidatus filiam secum obsoletā ueste, cum amib⁹ aliquor matronis, cū ingenti advectione in forum deducis: vociferatur, opē ferat, lamentatione & querelis omnia implet. Idem Icilius, idēm puellā ac matronaz faciens. Adversus 100 omnia destinato animo Appius in tribunal ascendit, vindictas secundum servitutem decernuit. Primo stuporibus admiratione rotam atrocis defixit, silentis aut aliquandiu tenuit. Deinde cum M. Claudiis iret, circumstantibus matronis, ad prebendam virginem, lamentabilisq; cum mulier-

rum comploratio excepisset, 11. Virginius
intontias in Appium manus, Icilio, (inquit)
non, Appi, tibi, filium despundi: Sed ad nuptias,
non ad suprum educavi. Sed ubi Virginius
nihil usquam auxilii vidit: Quaso (inquit)
Appi, primum ignosce paterno dolori, si quid
in te inclemens invectus sum. Deinde finae-
hio coram virginem percutiari, quid
hoc rei sit? ut si falso pater dictus sum, equore
hinc animo discedam. Data venia, seducit
filiam coniugem propè ad tabernas Cloacinae,
atq; ibi à lanio abrepto culiro, 12. Hoc quo-
de uno possum modo (ait) filia, in libertatem vindic-
to. peccus deinde phallietrān figit, respectansq;
ad tribunal: Te (inquit) Appi, cumq; caput san-
guine hoc consecro. Clamore ad tam atrox fa-
cius orto, excitus Appius comprehendi Virgi-
num jubet. Ille ferro, quartung, ibat, viam
facere, donec multitudinem iam prosequentem
quente, ad portam perrexit. Icilius Numitor
riusq; exanguem corpus sublatum ostentat populo,
scelus Appii, puella infelicem formam, necossi-
tatem patris deplorant: sequentes matrona cla-
mitant: concitatur multitudo, parvum atrocita-
te sce-

se sceleris, partim spe, per occasionem repetenda libertatis. Appius autem, ut tumultuari cœperum videt, vita metuens in domum propria quam foro se, in scissis adversariis, caput obvulsa recepit. Sp. 13. Oppius, ut auxilio collegæ effectorum in forum erupit. Vnde imperium usque vicitum, Senatum vaporijussit. Ea res, quod magna pars Parianus dissidente acta Diendurorum videbantur, spe fini pida per Senatum posse estatio ejus multitudinem sedavit. Senatus nec plebem irritandam censuit, sed multò magis providendum, ne quid Virginis adventus indexum motum faceret. Itaq; missi juniores patrum in castra, quatuor in monte ^{*V} Alz dederant, municiat Decemviris, ut omni ope & seditionem milites contineant. Ibi 14. Virginius majorēns, quād reliquerat in urbe, motum excivit. Nam praterquam quod agmine prope cccc hominum dimicem, qui ab urbe in dignitatem rei accensi comitato se dederant et, conspectus est: strictum et ratiōtes lumen, respersusq; ipse cruore tota in se castra convertit. Quarenibus quidrei esset, flens diu vocem non emisi. Tandem, ut ex trepidatione concurrentium turba constaret, agmina intefuit, ordine

* Vassilio

ordine cuncta, ut gesta erant, exposuit. Supinas
deinde tendens manus, committiones appellans
erabat, ne, quod scelus Appii Claudi esset, fibi at-
tribuerent: neve se ut paricidam liberum aver-
sarentur: sibi vitam filia sua cariorem fuisse, si
libere ac pudice vivere licuum fuisse: cum vel-
let servam ad stuprum rapsideret, morte q-
uam melius ratum, quam coniugem; libe-
ros. misericordia se in speciem crudelitatis la-
psum, nec se superstitem filia futurum fuisse: nisi
specm ulciscende mortis ejus in auxilio commi-
litonum habuisset: illis quoque filias, sorores, con-
iugesque esse: nec cum filia sua libidinem Appio
extinctam esse: sed quo impunitior sit, eo effre-
natiorem foro, aliena calamitate documentum una
datum illis, cavenda similis injuria. Quod u-
se attineat, uxorem sibi filio eruptam: filiam,
quia non ultra pudica viatura fuerit, misera-
ram, sed honestam mortem occubuisse. non
esse iam libidini Appii locum in domo sua: ab
alia violentia ejus eodem se animo suum corpus
vindicaturum, quo vindicaverit filiam, ceteri
sibi ac liberis suis consulerent. Hac 15. Vir-
ginio vociferari, succlamabat myliendo, nec
illam

silens dolori, nec sua libertati se defuturos; &
 immixxit turba militum togatis, cum eadem illa
 querendo, docendoq; quanto visa, quam audita
 indigniora potuerint videri, simul profligatam
 jam rem nunc iando Roma esse, insecurosq; qui
 Appium propè intoreemptum in exilium abisse
 dicerent: per pulerunt, ut ad arma conculmaren-
 tur, velle enentq; signa, & Romam profici seren-
 tur. Decemviri 16. simul is, qua videbant,
 iisq; quæ acta Rome audierant, perturba-
 ti, alius in aliam partem castrorum ad sedan-
 dos motus discurrant, & leniter agentibus re-
 sponsum non redditur: imperio si quis in liberet,
 & viros & armatos se esse responderet. Eunt
 17. agmine ad urbem, & Aventinum infidunt,
 ne quisq; occurriterat, plebem ad repetendos li-
 bertatem creandosq; Tribunos plebis adhortan-
 tes: alta vox nulla violenta audita est. Senatum
 18. Sp. Oppius haber, nihil placet, asperè agit:
 quippe ab ipsis locum datum seditionis esse. Mit-
 iuntur 19. tres Legati consulares, Sp. Tarpe-
 jas, C. Julius. P. Sulpicius, qui quarexerat Sena-
 tus verbis, cuius jussu castra deseruissent, aut
 quid sibi vellent qui armati Aventinum infe-
 dissent:

diffent, bellög, averso ab Hostib⁹ patriam suam cepissene? Non defuit, quid responderetur: de-
erat qui daret responsum, nullo dum certo duse,
neq; satis audenterbus singulis invidia se offerre.
Id modo à multitudine conclamat⁹, ut L.
Valerium & M. Horatium ad se mittent, sis
se daturas responsum. Dismissis legatis 20. De-
cem tribunos militares creant. Nēq; in Sabi-
nis quievit exercitus, ibiq; autore Icilio Numi-
toriog, secessio à Decemviris facta est. Ici-
lius ubi audiuit Tribunos militum in Aventi-
no creatos, priusquam iretur ad urbē, 21. par-
parest accendē numerum à suis creandū cu-
ras. Portā Collinā urbem intravere sub signis,
mediaq; urbe agmine in Aventinum pergunt,
ibi coniuncti alteri exercitui xx Tribunis mil-
tum negotium dedorunt, 22. ut ex suo nu-
mero duas crearent, qui summa rerum sua-
rum praessent. M. Oppium, Sex Manilius
creant. Per M. Duillium, qui Tribunus plebis
fuerat, tertior facta plebs, contentionibus affi-
duis nihil transfigi, in Sacrum montem ex
Aventino transire: affirmante M. Duilio non
priusquam deseriri urbem videant, curam in
animos

animos Patrum descendit: admonturum
 Sacrum montem constantia plebis: sciturosque,
 quod siq[ue] restituta potestate redigi in concor-
 diam res nequeant. Via Nomentana, cuiusrum
 Figulenses omen fuit, profecti, 23. castra
 in monte Sacro locavere, modestiam Patrum
 suorum, nihil violando, imitati. Secunda est ex-
 erciuum plebs, nullo qui per etatem ire posset,
 retrahente: sequuntur conjuges, liberiq[ue].
 Cum vasta omnia Roma insueta solitudo fe-
 cisset, in foro prater paucos seniorum nemo
 esset, vocatis utique in Senatum patribus, cum
 desertum apparuisset forum; 24. Horatius
 & Valerius aliisque vociferabantur: Quid ex-
 pectabitis, Pat. conscripti: si Decemviri sine
 perimacia non faciunt, ruere ac deflagrare
 omnia passuri estis? Quod autem istud im-
 perium Decemviri est, quod amplexi tenetis?
 rectis ac parietibus iura dicturi estis? Cum
 haec & alia ex omni parte jactarentur, 25.
 vidi consensu Decemviri, futuros se (quando
 ita videatur) in potestate Patrum affirmant,
 id modo simul orant, atque monent, ut
 ipsi ab invidia caveantur, nec suo sanguini
 nos ad

ne ad supplicia patrum plebem assuefaciant.

Tum 26. Valerius Horatiusq; missi ad Plebem, de conditione pacis eam Plebe agunt.

27. Petebat Plebs inter conditiones pacis, ad supplicium Decemviras. 28. Quod

Legati primū compatis orationibus dissuaserunt Plebs. Contenta igisur Plebs fuit, ut sui sibi restituerentur Tribuni.

Profecti Legati, cū mandata Plebis Paribus exposuissent, alii Decemviri, quandoquidem prator spem ipsorum supplicii sui nulla mentio fieret, bandabuere.

Appius truci ingenio, & invidia præcipua, odium in se aliorum suo in eos metens odio. Non ignaro imminet (inquit) farcuna. Video, donec arma adversariis tradantur, differri adversus nos certamen: dandus est invidia sanguis: nibus ne

ego quidem moror, quo minus à Decemviratu abeam. Factum Senatus consultum, ut De-

cemviri se primo quog tempore magistratu abdicarent: Q. Furius Pontifex Max. Tribunos pl. crearet: & ne cui frandi esset secessio militum,

tribunorumq; plebis. Iis senatus consulto per-

actis, dimisso senatu, Decemviri prodeunt in

concessione

concionem, abdicantq; se magistratu, ingenu
 omnium latitiā. Nuntianer has plebi, lega-
 tos, quicquid in urbe hominum supererat, pro-
 sequuntur. Huic multitudini leta alia turba
 ex castris occurrit. Congratulantur liberia-
 tem, congratulānq; civitati festiūnam. Legati
 pro concione: Quod bonum familiā felixq; sit va-
 bixsq; pub. redite in patriam, ad patres, con-
 juges, liberosq; vestros. In Aventinum ite, un-
 de profecti estis. Ibi feliciloco, ubi prima initia
 inchoatis libertatis vestre, Tribunos plebis cre-
 abitis. Praefte erit Pontifex Maximus, qui co-
 mitia habeat. Ingens consensus, alacritāq;
 cuncta approbantium fuit. Convellent in-
 de signa, profectiq; Roman certant cum
 obviis gaudio, armati per urbem filen-
 tie in Aventinum perueniunt. ibi exemplo
 Pontifice Max. comitia habente, 30. Tri-
 bunos plebis creaverunt, omnī primum A. Vagi-
 nium: inde L. Iciliū, & P. Numitorum, au-
 tores secessionis: tum C. Sicinium, M. Duillium,
 M. Titinum, M. Pomponium, C. Apronium,
 Appium Villium, C. Oppius. 31. Confestim
 de Consulibus creandis cum prayocatione M.

Duxit

Duobus regationem pertulit. Per Interregem deinde Co^s. creati L. Valerius M. Horatius, qui magistratum statim occiperunt. Hoc pacto exactis Decemviris, ad prioris formam regiminis redditum est. Hac ex Lio via excerptimus.

VIRGINIUS quidam⁹²) Plinius dicitur tradit, hanc fuisse 32. Centurionem. Livius inquit: L. Virginius honestu mortuorum in Alia aducebat, vir exempli recte domi militiag⁹³). Et Dionysius: Vir plebejus L. Virginius nemine rebus bellicis deterior, cohortis q; habens cuiusdam Ducatum.

Contra ius id est, leges vindicias.

Ex veteri jure) Rom^morium.

VINDICIAS filia sua.) Id est sententias, quae filiam suam in libertatem asserebant. 93: Vindex est, qui ex servili condizione in libertatem redicat. L. Tandicarum est, ut inquit Ascodius Pedianus tertia in Verrem actione: cum litigatur de care, cuius apud Pratorum centum est, quis debet esse possessor.

A^{sc}o.) Virginio.

Eum.) Marcum Clodium.

Ab eo.) Appio Claudio.

Captum q;

Captumq^z.) Appium Claudium.

Brutus.) De hoc Bruto suprà diximus.

*VINDICIS.) A quo dictæ fuerunt vindicæ leges, ut *Livius* tradit lib. II. ab U. b. condita. Hunc alii 34. Vindictam, alii Vindictum appellant: Hic captivus fuit ex urbe Secla, ut *Dionysius* inquit.*

*Vitelliorum servi.) ut 35. *Livius* scribit. *Dionysius* verò & *Platarchus*, servum Aquiliorum fuisse volunt, quantum ex ipsis elicere potest. 36. Vitellii patricii fuerunt. *Platarchus* ait, & *Collatini* Consulis negotiis. Eorum soror nupta fuit L. Junio Brutus, *Vitelliorum* scil. Marci & Manili.*

*PROBITIONIS CONJURATIONEM.) 37. Coniuges erant inter se duo Vitellii, Marcus & Manilius (quos *Dionysius* Gellios vocat) duo Aquilii, Lucius & Marcus Collatini Consulis sororis filii: Tullus & Tyberius filii Brutis, Consules obtuncare Reges nocte in urbem recipere. Sed hos detexit 38. Vindictus servus. Ob quod Brutus eum pecuniā ex æratio, libertate, & civitate donavit, & ferendi suffragio in quamcumque vellet tribu, potestate. De hac conjuratione legitio, *Dionysium* lib. v. de Antiquitate Romanoru,*

Plutarchum in *Publicola*, & *Livium* lib. II.
ab Urbe condita.

T A B E R N A) Tabernæ 39. dicuntur, quod tabulis apud veteres (ut *Dip medes* putat) cōoperirentur. *Ulpian.* de verborum significatione inquit: *Taberna appellatio declarat omne utile ad habitandum edificium, non ex eo, quod tabulis claudantur.* Inter tabernam & officium hoc interest, quod taberna est, ubi opera ipsa, ceteraq; merces venditantur: *Officina, ubi opera fiunt.*

L A N I O N I S 40.) *Pomponius* tertiam declinationem utitur. Item *Paulus:* Cum de laniis instrumento queritur. *Livius, Varro, Terent. Plautus,* secundam utuntur. *Caper de Latinitate* inquit: *Hic lanius nomen est, verbum autem lanio, lanias.* *Dixerunt* tamen & veteres lanio, in nomine.

M A D E N S Q U E adhuc filia cruore) 41. *Livius & Dionysius* idem scribunt. *Plinius* vero *Junior* inquit: *Corpus filiae humero gerens, ad exercitum profugit.*

A L G I D O 24. Algidus non longe ab urbe XII. mil. passuum, in quo ejusdem nominis oppidum.

172 Antonii Garronis
Bellum gerendi) contra Aequos.
RELICTIS ducibus) M. Cornelio, L.
Minutio, M. Seryilio, Tito Antonio, Ca-
sione Duillio. Nam ii quinque Decemvi-
ri adversus Aequos duces missi fuerant, ut
Dionysius Halicarnassensis tradit.

IN Aventinum) Aventinus 43. unus
ex septem collibus urbis est, modice editus,
& in orbem stadia ferme decem octo
complectens, ut *Dionysius* inquit. De
cujus nomine *Varro de lingua Latina* sic
scribit: Aventinum aliquot de causis di-
cunt. Nam ab avibus, quod eò se à Ty-
beri aves ferrent: alii à rege Aventino Al-
bano, quod ibi sit sepultus: alii Aventinum
ab adventu hominum, quod commune
Latinorum ibi Diana templum constitu-
tum fit. Sed ego maximè puto, quod à
vehendo Aventinus dictus sit. Quod cùm
mons ipse à cæteris partibus urbis, palu-
dibus esset exclusus, vehebantur ad illum
navibus homines. cuius vestigia, quod ea
pars dicitur 44. Velabrum, & ab eo ve-
landi actu velatura. hæc *Varro.* Ovid.
lib.

lib. Fastorum iv secundam opinionem
asserit, dicens:

*Venit Aventinus post hos, locus unde vo-
catur,*

Mons quoque.

Et x iv Metamorphoseon.

*Tradit Aventino, qui quo regnarat,
codem*

*Monte jacet positus, tribuitq; vocabula
montis.*

Idem Dionysius, Livius, Eusebius assertunt.

PARTIM. in carcere necati) 45. Plinius Nepos inquit: Omnes aut morte, aut exilio punierunt. Appius Claudius in carcere necatus est. Livius vero inquit: Appius Claudius mortem sibi confivit. Sp. Oppius ductus in vincula ante judicij diem finens ibi vita fecit. College eorum exilii causa solum verierunt, bona publicata fuerunt. M. Claudius assertor Virginie die dicta damnatus, ipso remittente Virginio ultimam pœnam, dimissus, Tybur exulatum abiit. DIONYSIUS: Ductus Appius in carcerem, ut cu-
stodiretur ad finem judicij (non enim va-

des dandi data est ei potestas) ante diem de-
stinatam p*ro*p*ri*o*c*io*n* in vinculis moritur, ut su-
spicio multorum fuit, jussu Tribunorum:
ut verò illi volentes diluere culpam vul-
garunt; se ipse laqueo suspendens.. Sp.
Oppius ductus ad Plebem, ab alio Tribu-
norum P. Numitorio, causæq; potitus di-
ctione, omnium capitur calculis, carceriq;
traditur, moritur eodem die. Reliqui ve-
rò ex decem, priusquam eis dies dicere-
tur, se exilio ipsi mulctarunt, bonaq; eo-
rum omnia tam mortuorum quām exilū
accipientes Quæstores urbani in publicum
retulere. Diesq; deinde etiam 46. M.
Claudio, ei, qui virginem capiebat uer-
vam, dicitur à sponso ejusdem virginis
Icilio, isq; causam in jubentem iniuste-
gere Appium referens, liberatur morte,
mulctaturq; exilio.

§. XXV.

Deinde cùm post aliquot annos,
quām duodecim Tabulæ latæ sunt,
Plebs contendet cum Patribus, &
vellet

vellet ex suo quoque corpore Consules creare, & Patres recusarent, factum est, ut Tribuni militum crearentur partim ex Plebe, partim ex Patribus consulari potestate: hiq; constituti sunt vario numero. Interdum enim viginti fuerunt, interdum plures, nonnunquam pauciores.

S U M M A R I

Pomponii dissensus à Livio, 1.

C. Canulejus Trib. pl. rogationem de Patrum cum Plebe connubio promulgat. 2.

Rogatione IX. Tribunorum populo potestas fit seu de Plebe seu de Patribus Consules faciendi. 3.

Ardeatæ, Vejentes, Volscriatq; Æqui Romanis infestæ. 4.

Patres bellum adparari jubent. 5.

C. Canulejus obstrepit. 6.

Patres in Legem de connubio consentiunt. 7.

IX. Tribuni institutum urgunt. 8

Consules medium viam ingressi, Tribunos militum Consulari potestate ex Patribus ac Plebe promiscue finiunt creari. 9.

IX. Tribuni q; adquiescunt. 10.

Populus Tribunos, omnes Patrios creat. 12.15. Quos.

11.16. Quo anno. 13. Quos. 14.

Tribuni militum postea vario numero constituti. 17.

Eorum officium. 19.

Genera { *Rufuli.* 19.

Comitiales. 20.

Rutuli. 21.

Commentar.

Post aliquot annos.) Eodem anno latæ fuerunt à Consulibus, ut Livius scribit, dicens: *L. Valerius, M. Horatius Leges Decemvirales, quibus Tabulis Duodecim est nomen, in eis incasas in publico proposuerunt.* Sunt qui jussu Tribunorum Aediles fundatos eo mysterio scribant.

Ex suo corpore quoque Coss. creare.) Livius lib. IIII. ab Urbe condita, sic inquit: *C. Camillus Iesus Trib. pl. rogationem de cannabio promulgauit, et plebis promulgavit, et mentio primi suffragia illata a Tribunis, ut alterum ex plebe Comitium iiceret fieri, et processit deinde 3. ut primaria non a magistris Tribuni promulgarentur, nequando fore estas esset, seu de Plebe seu de Patribus vellent, Coss faciendi. Id verisificaret, non vulgari modo cum insimilis, sed propositus afferri a primitu-*

ribus

ribus ad plebem sumnum imperium credebant
 Latiergo audiere Patres, & Ardeatum po-
 pulum ob injuriā agri ab iudicati desciisse, & Va-
 jentes de populatos extrema agri Romani, &
 Volskos & quosq; ob communī voragine fre-
 mere: adeò vel infelix bellum ignominiose paci
 preferebant. Is itaq; in maioriā acceptis, ut in-
 ter tot strepitū bellorum conticecerent actiones
 Tribunitie s. delectus haberi, bellum armaq;
 vi summa apparari jubent. Tum 6. C. Ca-
 mulejus paucā in Senatu vociferauit, nequid-
 quam territando Coss. avertere Plebem à
 cura novarum legum, nunquam eos, se vivo, de-
 bellum habitueros, antequam ea, quia promulga-
 ta à se collegiūq; essent, Plebs scivisset. Et confe-
 stim ad concionem vocavit. Habitis utrin-
 que orationibus, s. à Consulibus & C. Ca-
 mulejo, vicit. Patres, ut de connubio ferreatur,
 consensere. Ita maximè rati contentionem de
 plebeis Consulibus Tribunos aut totius depositi-
 tueros, aut post bellum dilaturos esse, contentam-
 que inter eum connubio Plebem paratam delectu-
 fore. Cum C. Camulejus victoria de patribus
 & Plebis favore ingens esset, & accessit ad Tri-
 buni ad certamen prorogatione sua summa vi

pugnant, & crescente in dies bellifamâ, delebitur
impediunt. Consules cùm per Senatum inter-
cedentibus Tribunis nihil agi posset, consilia prin-
cipum domi habebant. Apparebat aut hostibus,
aut civibus, de victoria cedendum esse. Soli ex
Consularibus Valerius atque Horatius, non
intererant consiliis. C. Claudii sententia Con-
sules armabat in Tribunos. Quintiorum,
Cincinati & Capitolinis sententia abhorrebant à
cede, violandisq; quos, federe icto cum plebe, sa-
bro sanctos accepissent. Per hac 9. consilia eò
deducta res est, ut Tribunos militum consulari
potestate promiscue ex patribus ac plebe creari
sinerent, de Consulibus creandis nihil mutare-
tur: eog; 10. contentis Tribuni, contenta plebs
fuit. Comitia Tribunis consulari potestate
11. tribus creandis indiscuntur. Tribunos 12.
omnes patritios creavit populus, contentus eo,
quod ratio habita plebeyorum esset. 13. An-
no CECX quam urbs condita erat, primum
Tribuni militum pro Consulibus magistratum
ineunt, 14. A. Sempronius Atacilius, L.
Attilius, T. Cecilius, quorum in magistratu
concordia, domi pacem & foris prabit. Sunt
qui

de origine juris comment. 17,

qui propter adjectum & quorum Volscorumq;
bello & Ardeatium defectioni V^ejens bellum,
quia duo Co^s. tot obire simul bellare requirent,
Tribunos militum tres creatos dicant, sine
mentione promulgata Legis de Co^s. creandis
ex plebe & imperio & insignibus consularibus
ssor. H^ec ex Livio excerptissimus.

PARTIM ex plebe) Idem Livius &
Dionysius scribunt. 15; Tamen primi pa-
tricii fuerunt:

VARIO numero) Primo 16. creati
fuerunt tres. Postea 17. vario numero
constituti fuerunt, ut apud Livium patet.
Officium 18. autem Tribunorum militum
ut Marcellus de re militari scribit, erat, in
castris milites continere, & ad exercitati-
onem producere, vigilias circuire, rei fru-
mentariae p^ræesse, querelas comilitonum
audire, valetudinarios inspicere. Duo ge-
nera Tribunorum militarium erant, ut tradit
Padianus II. in Verrem actione. Primum,
corum qui Ruffali 19. dicuntur, ii in exer-
citu creari solent: alii sunt 20. Comitati,
qui Roma comitiis designantur. De Ruffalis

H 6

Pompe-

Pompejus Festus sic scribit: Ruffuli appellantur Tribuni militum, à Consule facti, non à populo: quod de eorum jure quidam Rutilius Ruffas legem tulerit, Ruffuli, ac post 23. Rutuli sunt vocati.

§. XXVI.

Deinde cum placuisset creari ex iam ex Plebe Consules, ex utroque corpore constituti. Tum ut aliquo pluris Patres haberentur, placuit duos ex numero Patrum constitui: ita facti sunt Ædiles curiales.

SUMMAR.

Tribunorum pl. Lex de Consulum altero ex plebe creando. 1. 3. 6.

Livii & Flinii jun. dissidium in primo Consulatu. 6. 2. 4.

Ædilium creandorum tempore Lívio diversa ab
nione Pomponii allegatur. 7.

Prator Urbanus ex Patribus eligitur. 7.

Ædiles Plebei. 8. Patricii. 9.

Aliorum sententia hec reprobatur. 10.

Ædilium ordines. 11.

Ædile Curulis officium. 12. Dignitas. 14.

Zodi.

Eudi Romani. 13.

Curules unde dicti. 15..

Commentar.

DE INDE dum placuisse) C. Lici-
 nius Stolo & L. Sextius Tribuni ple-
 bis ut *Livius*, lib. vi. ab Urbe condita tradit,
 1. Legem promulgarunt, ut Coss. ex Plebe
 fierent, qui ex Patribus creabantur. Eam Le-
 gem, cum magna contentione reptignanti-
 bus Patribus, cum in Urbe per quinquenni-
 um iidem Tribuni plebis soli magistratus
 fuissent, pertulerunt, & primus ex Plebe 2.
 Consul L. Sextius creatus est. Plinius junior
 scribit, C. Licinum Stolonem primum Cōsul
 fūle ex plebe creatus fuisse, dioens: C. Li-
 cinus Stola ut primum Tribunatum pleb. ag-
 gressus est 3. legem tulit, ut alter Consul ex ple-
 be crearetur. Lex, resistente Appio Claudio,
 tamen lata, & primus 4. C. Licinus Stola,
 Consul factus.

PLACUIT duos ex numero patrum, &c.)

Aliā ratione creatos fuisse Adiles Curu-
 les, *Livius* lib. vi. ostendit iis verbis: Con-
 ceffum à nobilitate plebi 6. de Consule plebejo,

H. 7.

ex à Plebe nobilitati 7. de Praetore uno, qui jas
 in urbe diceret, ex Patribus creando. Ita ab di-
 utinaria tandem in concordiam redactis ordi-
 nibus, cùm dignam eam rem Senatus censet esse
 se, meritoq; id, si quando unquam alcas Deum
 immortalium causa libenter facturos fore, ut
 ludi maximi fierent, & dies unus ad iridum
 adjiceretur: recusantibus id munus 8. & Ediles
 plebejiss, conclamatum à patriciis juvenibus est;
 sed honoris Deum immortalium causa libenter
 acturos, ut ades fierent. Quibus cùm ab uni-
 versis gratia aëta essent, factum Separatus consul-
 tum, ut viros duos Ædiles 9. ex patri-
 bus Dictator populum rogaret, patres auctores
 omnibus ejus anni omittus fierent. Duo ergo
 Ædiles patricii creatis sunt, Cn. Q. Capitolinius
 P. Cor. Scipio. Hæc Livius Sunt, 10. qui di-
 cant; Plebem, ubi è Sacro monte ad urbem
 rediit, creasse quatuor Ædiles, duos, qui
 à folio Tburno Curules dicti sunt, & duos
 plebejos, quod perridiculum est, cum Li-
 vius aliter sentiat, & Cicero lib. vi. ad Atti-
 cum, sic scribens: de Cneo Flavio, Cn. filio.
 Ille vero ante Decemviro non fuit, quippe que
 Ædilis Curulus fuerat, qui magistratus nullis

AEDILES curules.) Hic magistratus dicebatur *i*. major, ut PLUTARCHUS in Mario inquit. Duo enim erant ordines AEdilium : unus, in quo ipsi AEdiles in jure dicendo sellis curvos pedes habentibus utebantur, & hic nomen magistratus retinebat. Secundum AEdilem popularem vocabant magistratum. Quodnam esset *i*. officium AEdiles curulis, Cicero Vertinarum ultimo ostendit: *Nunc sum* (inquit) *designans* AEdilis: *habeo rationē, quid à populo Romano acceperim, mihi intenissimos ludos maxima cum ceremonia Cereri, Libero, Liberaqz, facilendos: mihi Floram maiorem populo plebiqz, Luderum celebritate placandam: mihi ludos antiquissimos, qui primi* *i*. *Romanis sunt nomina-* *ti, maxima cum dignitate de religione, Jovi, Ju-* *noni, Minerva esse faciendo: mihi sacrarum e-* *dium procurationem, mihi totam urbem tuen-* *dare esse commissam: ob* *i*. *carum rerum la-* *borem, & redditus illos datus, anti-* *qui oram in Senatu sententia dicenda locum, to-* *gam praetextam, sellam curalem.* AEdiles Cu-
rulares

rules regiis etiam utebantur insignibus, & ornati purpura curam sacrificiorum & ludorum habebant. Non leve ædilitatis munus erat, ut suâ quicunque ædilis factus impensa ludos pro modo patrimonii ac dignitatis suæ celebrando procuraret. Cuius instituti *M. Cicero de Officiis* locuples testis est, cum de sua & Pompeji ædilitate meminist. *A. Scopinus* autem *Pedianus* tradit Pompejum Ædilem creatum, theatrum, quod suâ impensa ædificaverat, exquisitissimis magnificentissimisq; omnis generis ludis dedicasse. *Attilius Seranus* & *L. Scribonius Libo*, ædiles Curules, senatoria loca à populo secreverunt, cum antea in promiscuo spectarent: ut *Livius de Bello Mecedonio*, & *Kalerius Max.* tradunt. Curules 15. dicuntur magistratus, qui curribus vehuntur, testibus *Festo Pompejo*, & *Servio*. Curulis (ut tradit *Aul. Gellius*) pedes erat ex ebore, qua majores magistratus utebantur in curru. Curyos pedes habebat, ut *Plutarchus* tradit.

XXVII.

Cumq; Consules avocaretur bellis finiti.

finitimis; neque esset, qui in civitate
jus reddere posset. factum est, ut Præ-
tor quoq; crearetur, qui Urban⁹ ap-
pellatus est, q; in urbe jus redderet.

SUMMARIUM.

*Prætoris urbani de Patribus creati ratio ex Livio di-
veisa à Pomponii sensu adtuta 1.*

*Prætor Urbanus quis ex Patribus primus. 2. Qui
Eg. Major. 8.*

Prætores unde dicti. 3.

Prætores qui veteribus. 4.

Officium Prætorum, & dignitas. 5.

Jus honorarium. 6.

Primus Prætor ex plebe. 7.

Commentar.

CUMQUE Consules.) Aliam 1. causam
affert Livius lib. v i. Cùm rebus ac diutur-
nis certaminibus victi à plebe patres essent,
& ex Colulibus alterum de plebe creandū
concessissent, Plebs pro aditu aperto ad cō-
sulatūm, nobilitati concessit 2. de uno Præ-
tore, qui in urbe jus diceret, ex patribus cre-
ando: primus creatus est Sp. Furius.

PRAETOR quoque crearetur.) Prætor
3. dicitur à præssendo, ut videtur sentire
Livius: vel à præeundo, autoribus Apulejo
&

& *Marcello* in dictione Consulum, *Varronis*
lib. de Vita Pop. Romae. II. in hæc verba
dicente : Prætores dicebanit, quod præ-
rent populo : Consules autem, quod con-
sulerent Senatui. *Ei de Lingua Latina*: Præ-
tor dictus, quod exercitui præiret. Veteres
4. omnem magistratum, ut *Asconius Pe-*
dianus tradit, cui patet exercitus, Prætorē
appellaverunt. Unde & prætorium, ejus
tabernaculum dicitur: & in castris portæ præ-
toria, & præfectus prætorio nuncupatur. De
officio hujus sic inquit *M. Cic.* lib. III. Le-
gum: *Disceptator juris, qui privata iudicet,*
judicari vejubeat, Prator esto: hisc potestati
parento: quotcumq; Senatus creverit, populūs-
vejusserit, tot sunt. Penes hunc magistra-
tum omnis publici privatiq; juris potestas,
ut & novum condere, & vetera abrogare fa-
cultas erat. Idq; ob magistratus honorem
6. *Jus honorarium appellatum est. Hu-*
jus magistratus insignia erant, Trabea vestis,
sella curulis, sex lictores cum fascibus, & ce-
tera, Consulum insignia. Paulo Aemilio in
Iberiam concedente, concessæ duodecim
secures

secures fuerunt, ut *Plutarchus* in ejus vita tradit: ita ut dignitas Consularis imperio ejus ineslet. Prætorum virgas, *Plutarchus* scribit, securibus fuisse alligatas, quod significaretur, non oportere magistratus iram promptam & dissolutam esse: ut virgarum solutionis mora & tarditas iram frangeret, & imperium moderaretur. Prætores certaminibus theatri præerant. Unde & munera præatoria, quæ dantur in ludis theatri. *Suetonius de Nerone*: *Magistros certamini preposuit Consulares sorte, sede Pratorū.* Cùm Prætores ex patribus solum crearentur, C. Sulpitio Longo P. ~~Malio~~ Pæto coss. P. Philo Praetor 7. primus ex plebe, adversante Sulpitio consale, factus est, ut *Livius lib. ix. ab Urbe condita* ostendit.

Qui Urbanus appellatus est.) 8. Is major erat, ut Festus Pompejus ait: cæteri vero minores.

§. XXIX.

Post aliquot deinde annos, non sufficiens te eo Prætore, quod multa turba etiam peregrinorum in civitatem veniret, creatus est &

& aliis Prætor, qui Peregrinus appellatus est ab eo, quod plerumque inter peregrinos jus dicebat.

§. XXIX.

Deinde, cùm esset necessarius magistratus, qui hastæ præcesset, Decemviri litibus judicandis constituti sunt.

S U M M A R I U M

Fenestella. 1.

Hesta, que & Vesta. 2.

Vera lectio huius loci. 3.

Cicero, & Ovidius Decemviri litib. judicandis. 4.

Commentarii.

DE INDE cum esset necessarius, &c.) De hoc magistratu nihil apud antiquos legi. Quidam Fenestella sic scribit: *Cum bellorum munera, cateris magistratibus non sufficiens, ad Praetores deferrentur, quorum manus administratio iuris precipuum fuit, creasti Decemviri sunt, qui jus in urbe dicerent, Praetorumq[ue] partes eo tempore gererent, istium judicandarum gerendarumq[ue] appellari.*

HASTÆ præcesset) Quidam Hesta legunt. nam Vesta à Latinis, à Græcis Hesta dicitur,

dicitur. Ego potius legendum *haste* puto, cūm Suetonius Tranquillus in Augusto dicat, *Ue Centumviralem hastam, quam Quæsturæ functi consueverant cogere, Decemviri cogerent.*

D E C E M V I R I) Ex iis Decemviris fuisse, Ciceronem credimus, dum is Bruto hæc verba scribit : *Namque idem Segestus veteranus, quod tu & Casar in Decemviro non essetis, utinam ne ego quidem essem. & Ovidium, dum in v. Falsorum inquit:*

*Hinc ego milia sedem, tu pace passisti,
Inter his quibus usus honore viros.*

§. XXX.

Constituti sunt eodem tempore & Quatuorviri, qui curam viarum agerent : & Triumviri monetales, æris, argenti, auriflatores : & Triumviri capitales, qui carceris custodiām haberent, ut cūm animadvertisse oporteret, interventu eorum fieret.

Commentar.

QUATUORVIRI, &c.) De iis magistratis, hoc est, Quatuorviris & Triumviris

viris monetalib. nihil scriptum invenimus.

Et triumviri capitales) L. Florus xi.
Epitome Livii inquit: *Triumviri capua-
les tum primum creati sunt. Hi maleficia
conquirebant, ut Varro testatur. C. Fescen-
nius Triumvir, Cornelius Gilitem forissi-
mum, quod cum ingenua stupri commercium
habuisset, in carcerem conjectus, ut scribit Val-
erius Maximus.*

§. XXXI.

Et quia Magistratibus, vel patribus
temporibus, in publicum electio-
veniens erat, Quinqueviri constituti
sunt cis Tyberim, & ultis Tyberim,
qui possent pro Magistratibus fugi.

Quinqueviri) De iis nonquam legi.

§. XXXII.

Captâ deinde Sardinâ, mox
Sicilia, item Hispania, deinde Nar-
bonensi provincia, totidem Prä-
tores, quot provinçiae in ditiones
venerant, creati sunt: parsim qui
urba-

utbanis rebus , partim qui provincialibus præcessent.

SUMM A R.

Sardinia situs. 1. *Varia appellationes.* 2. 3. *A quo nomen habeat.* 4. *A Metello viciā.* 5. *M. Valerius ei primus Prætor datus.* 6.

Sicilia quā ab *Italia* avulsa. 7. *Eius ambitus.* 8. *Diversa nomina.* 9. 10. 11. 12. *Quo tempore Provincia facta,* ex *Solino* 13. Ex *Ruffo.* 14.

Hispania varia nomina. 15. 16. 17. *Eius descriptio.* 18. *Romanorum facta.* 19.

Narbonensis provincia. 20. *Eius urbes.* 21.

Commentar.

SARDINIA) 1. Insula est in mari Tyrheno sita ad similitudinem humani vestigii, ideo 2. Ichnusa dicta est. Ichnos enim Græcè, Latinè significat vestigium. Timæus 3. Sandaliotin appellavit, ab effigie soleæ : & à Sardo, filio Herculis, qui è Libia veniens insulam occupavit, nomen Sardiniæ sortita est, ut *Julius Solinus* scribit. Sardiniam 5. Metellus vicit, ut *Sextus Rutilus* inquit, deq; ea triumphavit: Rebellavere sæpe Sardi. Sardiniam 6. **M. Valerius Prætor** primus sortitus est, ut *Salinus* scribit.

S I C I-

SICILIA) Sicilia. 7. insula est ad ultimum Italiam. Hæc ut ait *Plinius* & alii historici putarunt olim Italiam conjuncta fuit & sed terræ motu agente, seu quavis aliâ ruinâ, divisa ea pars fuit ab Italia, undis intermediis sine requie fluctuantibus. Unde *Virgilius* inquit:

*Hæc loca vi quondam, & vastâ convulsa
ruinâ,*

*Tantum ævi longinqua valet mutare ve-
stas:*

*Dissoluisse ferunt, cum protinus vultus
tellus*

Una foret. Idem *Lucanus* lib. II.
Italiam. Ambitus 8. ejus, ut placuit *Plinius*, non multò minor est navigatione pars
dierum. *Possidonius* ait, circuitus pars
esse IV M. & cccc stadiorum. *Agrippa*
terminavit, autore *Plinio* DC & 2000
passuum. Hæc primo 9. Trium & 10.
Trinacria dicta, à forma angulari,
quam habet, cum tribus promontoriis,
Peloro, Rethynno, & Lilibæo. II. Sica-
nia deinceps à Sicamis gente Hilpana.
Postre-

Postremò Ligures, duce Siculo, 12. Siciliā dixerunt, teste Philistino Syracusano, qui ait, xx annis ante bellum Trojanum trajecisse in Insulā, utice Siculo, Dædali filio, & fecisse nomen Insulæ. Idem *Silius Italicus* lib. xiii.

Max Ligurum pubes Siculo ductore novavit

Possessus bello mutata vocabularia genis.

DIONYSIUS verò lib. i. ait: Siculi absumptis facultatibus, peragrata inferiori Italia per montana, cùm undique pelleretur, recere in proximam Insulam Sicaniam, sicut Sicani, gens Hispana, pulsi a Liguriis obtinebant, antea dictam Trinacriam à forma, & Siciliam dixere. Quo tempore Sardinia & Sicilia factæ provinciæ sunt, Solinus his verbis ostendit: Post Sardiniam res vocant Sicula. Primo quod utraque. Insula in Romanum arbitrium redacta, siis quidem temporibus facta provincia est, cùm eodem anno Sardiniam M. Valerius, alteram C. Flaminium Praetor, sortisi sunt. SEXTUS VERO RUFUS 14. Siciliam primam provinciarū fa-

factam ostendit, dicens: Sicilia prima provinciarum facta est. Eam, vi^{to} Hierone, Sculo rege, Marcellus Consul obtinuit. Douda à Pratorib^s recta est, postea est commissa Presidibus, nunc à Consulibus administratur. Hæc ille.

HISPANIA.) Hanc, ut tradit^e Trogus pompejus, veteres ab Iberio amne 15. Iberiam primum, postea ab Hespere, fratre Atlantis 16. Hesperiam, ultime ab Hispali urbe 17. Hispaniam cognominaverunt, Regio 18. est Europæ, quæ a montibus Pyrenæis incipiens (ut scribit^e Strabo) & per columnas Herculis citata usque in Iberialem oceanum protendita, ut omnia in eo circuitu ad Hispaniam spectent. Cujus magnitudo, ut scribit^e, multa est, & incredibiliter in unica regione. Nam x millibus stadiis latitudine comprimitur, longitudo vero nonius eadem detur. Hæc Appianus Posita est Regio, ut Trogus tradidit inter Africam: fredo & Pyrenæis montibus Hispania, 19. ut ait Julius Solinus, iecundum bello

bello Punico Romanorum facta est.

NARBONENSIS provincia.) 20. Narbonensis provincia, ut PLINIUS lib. III. appellatur pars Galliarum, quae interno mari alluitur: Brachata antea appellata: amne Varo ab Italia discreta, alpiumq; saluberrimis Romano imperio jugis: resqua verò Gallia latere Septentrionali, montibus Gebennicis: urbisbus, agrorum cultu, veterum morumq; dignatione, amplitudine opumq; nulli provinciarum postfrena: breviterq; Italia versus, quam provin-
cia.

Hujus, ut Pompon. Mela scribit, opulentissima urbes sunt, Vasto, Vienna, Avenio, Nemausus, Tholossa, Arausio, Arctosa, Blitera. Nunc nomen & decus Narbo est, longitudine Narbonensis provinciae, ut Plinius ait, passuum cccc lxxxm. Agrippa tradit latitudinem **ECLXVIII.**

Deinde Cor. Sylla quæstiones publicas constituit: veluti de falso, de parricidio, de sicariis, de insu-
riis, & Prætores quatuor adjecit.

I 2 Dein-

Deinde C. Julius Cæsar duos Prætores, & duos Aediles, qui frumento præcessent, à Cerere Cereales constituit. Ita duodecim Prætores, Aediles sunt creati.

S U M M A R.

Cor. Syllagenus & Indo es.

Eius res gesta in Quæstura. 1. Dictatura. 4. Inimicitus. 5.

* **P**aricida. 6. Paricidii pena. 7. Limitatio. 8.

P. Malcolus primus paricidii pœna adfectus. 9.

Tullius ob civilita sacra divulgata culco infirmum mare abjectus est. 11.

Sicarii. 12.

Cesaris appellatio. 13.

Jul. Cæsar non à casa matre dictus. 14.

Frumen. Frumentum. 15.

Ceres unde dicta. 16. Alma. 7. Legiferi. sacra. 18.

Commentar.

CORNELIUS *Sylla*) Ut

ait: Cornelius Sylla i. patricius procreatus fuit. In fortuna dictum fuisse.

PLINIUS JUNIOR inquit. Ceterum a matre ferretur, mulier obvia, *singuit*

(inquit) puer, tibi & reip. tuae felix: & statim quæsita, qua hac dixisset, non potuit inveneri. In adolescentia, vitam inquinatam omnibus flagitiis duxit, hoc est, usque ad Quæsturam, quam sub Mario, ut Plutarchus & Appianus tradunt, adeptus est, in qua vitam omnem penitus commutavit. Catenas, ut Vale Max. ait, manibus Jurgithæ infecit. Mithridatem regem Ponti compescuit. Socialis belli luctus repressit. Cianæ dominatum fregit. Marium, qui olim se Quæstorem fastidierat, illam ipsam provinciam proscriptum & exulem coegerit petere, 3. fuitq; literis Græcis & Latinis doctissimus, eruditus, facundus, acer, astutus, gloriae cupidus, sed securus, multarum rerum largitor, & pecunie maxime. Fuit etiam orator, ita quod dicat Sallustius, dulcior & suauior, & in locutorio dulcior. Sylla 4. quod nemo unquam fecerat, & non posse, ut Livius ait, remissemus. Reip. statum confirmavit. Tribunicum potestatem comminuit, & omnem ius Legum ferendorum ademit. Pon-

tificum Augurumq; collegium ampliavit,
ut essent xi. Senatum ex equestri ordine
supplevit, pro libertate libetis jus peten-
dorum honorum eripuit, & bona eis
vendidit, ex quibus plurima primò ra-
Dictaturam sponte deposuit, ut Appianus
ait, & sub privata vita Puteolos (ut Plinius
Junior inquit) se contulit: ~~morbo~~, qui ve-
catur ph: hiriasis, interiit.

De paricidiis) Paricida 6. non
is, ut Festus ait, qui parentem occidit,.
dicebatur, sed quemcumq; hominem. Inde
autem fas esse indicat Lex Numa Pompeiana,
se composita verbis. Si quis hominem ubi-
rum scientia morti dederit, paricida est.
na 7. paricidiis monachus habet
est, ut Modestinus ait, par-
guineis verberatus, deinde
ex corio lupino vel volu-
no, insitus, cum cap-
pera, & simia, deinde
tur, ut interfetales angu-
mnum elementorum nra p. care-
& ei cælum superstici, terramq; ino pri-
Hoc

Hec ita, si mare proximum sit: aliquin bestiis subjicitur, secundum Divi Adriani constitutio-nem. Qui alias personas occiderunt prater patrem & matrem, avum & aviam, hac poenâ non afficiuntur^{8.} Re manifesti paricidii, hac poenâ non afficiuntur, nisi confessi, ut Suetonius in Octaviano ait. Primus omnium cō tempore, quo Marius Cimbros vicit^{9.} P. Maleolus, matre interempta insutus cu-leo, in mare recipitatus est. Unde hoc i. origine habuerit, docet Valerius Max. lib. I. s. verbis: Tarquiniss autem rex II. M. Tarquin dum virum quod librum se-creta sacra Iacorum continetem custodia sua commissum, corruptus P. Latio Sabino de scribendum dedisset. Tulo sum in mare abjios iussit. Idque super similio post paricidii Lazio impunitus est. Non quidē: quia pars ditta pars amata eorum ius-latio expiatio est. Hinc ille

D. B. sic dicit.) 12. Sic etiā tunc dicuntur.

Quintilius ait. Sicarii oīcos appellati, qui calidem telo quocunq[ue] immise-runt.

C. Julius Cesar.) 13. Primus apud Romanos hoc nomine decoratus est Scipio Africanus, ut autor est Plinius, cuius haec verba sunt ex lib. VII. Auspicatiis enectâ parente gignuntur, sicut Scipio Africanus prior natus, primusq; Caesarum, à caso matris nero dictus. Idem Solinus scribit, Halius Spartanus tradit, eum qui primus appellatus sit Caesar, hoc nomen esse sortitus ab elephanto, qui lingua Mureorum Casa dicitur, in velario caso: vel quia mortua matre, caso ventre suum natus, vel cù magna crinibus scutero parentis effusus quod oculos cassos habuerit. Hoc

libet refutare opinionem quoniam qui Julium Caesarem dictum tradunt, quo so matris ventre, natus sit: cùm descriproces & pōissimum Suetoni tartufo scribant, etiam in mari Alim dixisse. Matrem pontificem lem filiationis.

Frumens. 16. frumentum attuendo id est vescendo sive in prema parte galles quæ frumentum dicitur.

A CERERE) 16. CER. Dea frumenti est appellata.

appellata Ceres, quasi geres, à gerendis frugibus, prima sive littera immutata, teste Balbo. Unde à Græcis dicitur Δήμητρα, quasi γῆμητρα, hoc est, terra mater. *Servius* vero super I. Georgicoru, Cererem à scēndo dictā voluit: 17. Unde alma Ceres dicitur, quod nos alit. Fuit autem Ceres Saturni & Opis filia. Ceres (ut *Diodorus* inquit) frumenti, quod fortè inter alias herbas nascebatur, ignotum cæteris, prima usum ad invenit, docuitq; homines vescendi, servandi & serendi modum. Hujus 18. sacra à Græcis Thesmophoria, à nostris Cerealia dicuntur. Thesmophoria, legis lationem indicat, nam θέσμος legem designat, φορος lationem. Et hoc ideo, 19. quia leges hominibus prima Ceres dedit, dicente *Verg.* Legifera Cereris. Nam ante inventum frumentum, homines sine Lege vagabantur: illo invento, abjecta fuit feritas, & ex agrotum divisione primò nata sunt jura. Unde *Ovidius* introduxit Musam dicentem:

Prima Ceres unco glebam dimovit aratro,
Prima dedit fruges, alimentaque mitiaterris,

Prima dedit Leges: Cereris sunt omnia munus.

Divus deinde Augustus sedecim Prætores constituit. Post deinde divus Claudio duos Prætores adjectit, qui de fideicommisso jus dicebant, ex quibus unum divus Titus detraxit: & adjectit divus Nerva, qui inter fiscum & privatos ius dicere ceret. Ita decem & octo Prætores in civitate ius dicunt.

SUMMARI.

Octavianus unde Augusti nomen locutus.

Divi etymologia. 2.

Deus & Divus qua in re differant. 3.

Divi cur Imperatores. 4.

Fiscus. Spuria. Spuriale. 5.

Prator Tunculari. 6.

Commentarii.

Augustus) 1. Octavianus primus Romanorum Imperator, qui compositis omnibus rebus, & provinciis in certam formam redactis, Augusti nomen assumpit. *Strabo*, testatur, *Numatius Planci sententia*,

tentia, cùm, quibusdam instantibus, Romulum appellari oportere, quasi ē ipsum conditorem urbis, prævaluisset, ut prius Augustus vocaretur, nontantum novo, sed ē ampliore nomine: quod loca quoquereligiosa, et in quibus ad auguratio votis erat, Augustus dicatur, ab auctis vel ab auctum gustu, gestuve: sicut ENNIUS docet, scribens:

*Augusto augurio postquam inclita condita
Roma est.* & Ovidius:

*Sancta vocant augusta Patres, augusta
vocantur*

Templa, sacerdotum rite sacra manu.

Idem Festus Pompejus scribit.

DIVUS) i. Gracum verbum est, cuius etymologiam. Ut refert Servius super xi. Aeneid. plerique volume vere dicit ē dios. quod si sic est, dicimus diffinitam derivationem à principalitate. Nam dius de producit, cùm dios corripiat: sicut eō contrariis, omnia lux producere, lucerna lumen corripit. 3. Deus &c dius in hoc differunt, ut idem Servius super v. Aeneidos ait, q. a. Deos perpetuos dicamus: Deos autem ex homine factos, quasi qui diem obierint.

afficerent. Unde 4. divos & Imperatores dicimus. Sed Varro & Atrejus contra sentiunt, dicentes divos perpetuos, Deos, qui propter suam consecrationem timentur, ut sunt dii manes quod tangit Kergilius in XII.

Turni sic est aff

— Diva Dcūm, stag

sonoris.

Prefidet.

Ego divum adjectivum esse existimo, & significare divinum.

INTER fiscum) 5. Fiscus vas ad majoris summae pecunias capienda, ut inquit Asconius Padianus. Sic spōrtæ spōrtellæ & spōrtellæ, nummotum sūnt recentacula: ut sacci, sacculi, & saccelli, crucib[us] anticæ, & matrupia. Ita fisci, fiscæ.

Unde pro loculis & arca thela.

Inde fiscus pecunia publica, & cōsulere, dici solet.

DECIMI Prætores) 6. Antoninus Pius Philosophus, Prætorem tutelarem fecit, cùm ante tutores à Consulibus p[ro]ximantur.

§. XXXII.

Et hæc omnia , quoties in Republica sunt Magistratus, observantur. Quoties autem proficiuntur, unus relinquitur , qui jus dicat : is vocatur Præfectus Urbi , qui præfectus olim constituebatur , postea ferè Latinarum feriarum causa introductus est , & quotannis observatur . &c.

SUMMARIUM:

- *Prefellus in bis à Romulo institutus.* 1. Ejuspot-
estas tempore Regum. 2. Caesarum. 3.
Messala Corvinus primus Prefellus urbis. 4.
Praefectus urbis Latinarum feriarum causa. 5. An-
Senatum habere possit: 9.
Feria Latina. 6. Aquibus, cui & quando indicta. 7.
restaurata. 8.

Commentarii.

PRAEFECTUS urbis) 1. Romulus unum elegit , quem urbanis negotiis præfecit , sic *Dionysius* inquit . Hunc præfectum urbis fuisse , satis constat .
2. Cū regibus proficiendi opus foret , pe-

nes Præfectum urbis summatorum relinquebatur 3. Sed longo tempore post, tantum sibi urbis præfecturam vindicavit Cæsarum temporibus, ut crimina omnium in urbe cognosceret & demum cum Cæsares ab urbe abessent, Præfector velut alter Cæsar imperabat, de rebus omnibus, quæ ad urbem pertinebant, censebat.

Primus 4. Præfector urbis Messalæ Corvinus fuit, ut Enæbius in Temporibus scribit: sexto die se magistratus abdicavit, incertum orationem esse confessans.

O L I M. 5. Sub Regibus, & nonnullis Cōsulibus, deinde illi⁹ iuris dictio simpleta, & ad Prætorem translatâ, Latinæ feriarum gratiâ duntaxat creari cœptus. Sed postea Cæsarum temporibus creari cœptus, sicut sub Regibus: & priimus Messala.

L A T I N U M feriarum. 6. Eritis Latinæ dicebantur dies, quibus sedes istum est: 7. A Latinis nullo tempore indicabantur, quotiescunq[ue] consulebantur magistratum erant, qui anno Alio tempore sacrificabantur, sacrificata cum vicerago-

ne, ut

ne, ut apud *Aul. Gellium & Lucanum* habetur. 8. Latīnæ feriæ cùm aliquando intermisæ fuissent, Pontificum decreto instauratae sunt, ut *Livius* scribit.

Causa introductus est) hoc est, cùm indicerentur feriæ Latīnæ, & cùm cæterorum omnium magistratuum fora quiescerent, soli Præfecti urbis Latinarum feriarum * cùm relicto subjacerent. De Præfecto urbis sic *Aul. Gellius* scribit: *Prefectum urbis Latinarum feriarum causare relictum Senatum habere posse*, *Mutius negat*, quoniam ne Senator quidem sit, neque ius habeat sententia dicenda, cùm ex ea etate *Prefectus* fiat, quæ non sit senatoria. *M. autem Varro* in 111. *Epistolarum questionum*, & *Attejus Capito* in *Coniectaneorum* CCLIX. ius esse *Præfecto* *Senatus habendi* dicunt, deq[ue] eare assensum esse *Capitolum Tuberoni*, contra sententiam *Mutiu* refert.

Sanè *Præfectorus Annonæ & vigili*um, quanquam non sunt magistratus, sed extra ordinem utilitatis causa con-

fa constituti, tamen hi, quos cis Tyberim diximus, postea *Ædiles* Senatus consulto creabantur.

SUMMAK.

Praefectura Annonae quo tempore instituta. 1.

Praefectus Annonae extraordinarius fuit. 2. *Officium* 3.

Poppejus Magnus. 4.

Praefectus Vigilum ab Augusto institutus. 5. *Officium* 6.

Capsarii. 7.

Commentar.

N*A mpræfctus annona*) i. Quidā dicitur præfecturam annonæ xv anno post exactione Reges institutam, Appio Claudio Tibino P. Servilio Prisco Coss. eo quo Tarquinius Superbus exulavit, tēmum tyrannum mortuus est. ter Consules, ut *Livius lib.* II. cond. orta contentio dicitur de dediis Mercurii. Senatus à serem ad rejecit, servi corum dedicati missa populi, et populi offere annona. Populus dedicavit agens ad id de Lectorio principiis, non tam ab hominis

hominis ipius meritum, quam ob ignominiam
Consulum, non probè in magistratu obver-
 satorum. Ceterūm hoc apud Livium, nō
 usquequaque planum est. Sed verius con-
 stat, anno xviii, T. Geganius, P. Minutio
Costi quo tempore annonæ maxima caritas
 fuit, missi q; in Siciliam fuere P. Valerius &
 L. Geganius, pro advehendo frumento.
 Volunt alii L. Minutium fuisse primum an-
 nonæ Praefectum. 2. Praefectus annonæ
 extraordinarius erat. 3. Hic vero cernendi
 frumenti curam habebat, advehi undique, &
 ad vestrum justo precio venire faciebat. Si
 quis ultra necessitatem habebat, in medium
 togebat præferre. Hanc 4. potestatem
 exercens Magnus Pompejus ut Plutarcbus
 ait, cum magnâ copiâ frumenti comparatâ,
 è Sicilia solvere vellet, & nautæ non com-
 mitrem tam esse saceruenti pelago classem re-
 sponsabat; salutarem illam Recip. vocem di-
 cikuradisse: Navigare nobis necesse est,
 vivere non est necesse.

E t. viginum. 5. Praefectus viguum in-
 cendiorum præcipue causa divo Augusto
 insti-

institutus fuit. Nam cùm urbem ad fiduciam
per numero incendio flagrarem, septem
horres ita disposuit, ut sine dubiis
regiones praesidio tuerentur. Tunc
erant regiones xiiii. Iis 6 septem co-
tibus praetorat Praefectus vigilum, qui
cendiariis, effactoribus, turibus, rap-
receptoribus cognoscebat: nisi tam
estram, nōsa persona esset, ut respon-
sūt. Praefectumq[ue]bis cognitio video.
Hunc mos erat ad plurimam noctem
lare, armatum cum dolabris incedere
nere omnes, ut ab incendio caverent,
quam quisque in cœpitu liberes
præterea erat institutus ad
os, qui, pacta pacercede, serva-
vestimenta suscipiebant.

5. XXXI

Ergo ex his oppositis
butim, Confules
qua Procuratores, lex videlicet
fusca seddebat.

5. XX

§. XXXV.

Juris civilis scientiam plurimi & maximi viri professi sunt: sed qui maximæ dignationis apud Po. Romanum fuerunt, eorum in sentia mentio habenda est: ut appearat, a quibus & qualibus hæc iura orta & tradita sint. Et quidem ex omnibus, qui scientiam hæc sunt, ante Tiberium Coruncanum publicè professum neminem, tratur.

Cœteri autem ad hunc vel in latenti Jus Civile retinere cogitabant, solumq; consultatoribus vacare potius quam discere volentibus se prestatabant.

M. Tullius Ciceron. M. A. R.

Iuris Civilis cognitio semper fuit in honore.

Et si in causa procul a dignitate. Et obitus.

ad remedium.

M. Tullius Ciceron in lib. de Officiis:
Cum iuri publicari minorum, tunc quam o-
ptime consenserit iuris civili summo semper in
bonore

bonore fuit cognitio atque interpretatio
quidem ante hanc confusionem temporis
possessione sua principes retinuerunt. Idem
suo de Oratore scribit.

TYBERIUM (Coruncanum.) 2.
ius Coruncanus fuit sanctissimus
primus ex plebe (*ut Livius tradidit*)
Max. creatus fuit, deinde Senator.
Interfectus fuit in legatione ab
lyricorum regina, ut lib. xxxiv.
Inquit.

5. XXXVI.

Fuit autem in primis peritos R.
Papirius, qui Leges Regias in numeris
tulit.

Ab hoc Appius Claudius
Decemviris, cuius manus
filium in duodecim tabu-
dis fuit. Post hunc Ap-
pius ejusdem genitoris ma-
centiam habuit. Hic Ca-
latus est, & Appiam vi-
& aquam Claudiam induxit.

† Tauras

Pyrrho in urbem non recipiendo
sententiam tulit.

Hunc etiam actiones scripsisse traditum
est, primum de usurpationibus, qui liber
non extat.

Idem Appius Claudius usu, qui
videtur ab hoc processisse, R. lite-
ram invenit, ut pro Valesiis Valeriis
et, & pro Fusis, Furiis.

S U M M A R.

Claudia familiarum. 1.

Appius Claudius Decemvir. 2.

Appius Claudius Cacus. 3.

Vera hujus loci lectio 4.

Appia via. 5.

Aqua Claudia. 6.

Pyrrhus Rex. 7.

C. Fabricius. 8.

Cyneas. 9.

Appius Claudius. 10.

S. litera pro R. 11.

Commentar.

Appius Claudius) 1. Duæ Romæ
Claudiæ familiæ fuerunt, una patricia, al-
tera plebeja, ut *Asconius Pedianus* ait: &
Tranquillus in Tyberio, scribens sic: Pa-
tricia

iricia gens Claudia (fuit enim eis
beja, nec potentia nec dignitate minor
ex Regillis, oppido Sabinorum. Inde
recens conditam cum magna clientur
conmigravit, autore Tito Tatius consi-
muli, vel (quod magis constat) Tatius
gentis principe, post reges exactos sexto
no à patribus in patricios cooptata.
infuper trans Anienem clientibus
sibi ad sepulchrum sub Capitolio pro-
pit. ~~procedente tempore~~
consulatus, staturas quinque
prem, triumphus sex, duas ovationes
Hæ ille. De hac familia *L.*
Urbe condita, & Plutarchus
scribunt.

Ex Decemviro) Tranquillus
*Claudius Regillanus Decemvir legi-
bendis, virginem ingenuam per vi-
gratiā in servitutem asserrere sonari
fuit plebi secedendi rursus à patribus.*

Post Appius (*Claudius*) cognomem
3. Cæcus. Nam cum essent duo fa-
Heronis sacra destinatae scilicet

~~et Pinariorum, Potitos Herculis sacer-~~
~~dotes corrupit precio, ut sacra Hercules ser-~~
~~vos publicos edocerent: unde cacata est.~~

CENTIMANUS.) 4. Non legi, Appiū Centimanum vocatum fuisse. Centimanus vero nō nōmen ~~est~~ statiscit. Horatius: *Testis mēarum centimanius Gigas.* Sunt quidā codices habentes Centimalus.

APPIAM viam stravit) 5. scilicet in Cen-
 sura, ut Livius ait. *Viam usque Brundusium*
lapidibus stravit (ut Plinius junior inquit) un-
 dūlla e Appia dicta est.

APPIAM 6. Claudiam induxit) Idem in
 Censuta aquam Anieni in urbē induxit,
 ut Livius & Plinius scribunt, & ab ipso Clau-
 dia dicta est.

E T de Pyrrho.) Hic 7. Pyrrhus rex Epiro-
 tarū fuit, paterno genere ab Achille, mater-
 no ab Hercule, ut auxilium ferrer Tarenti-
 ni in Italiā venit, bellum Romanis insulit.
Valerium Lezinum consulem apud Heracleā
inusatā elephatorum facie turbavit. post
id pralium, cū corpora Romanorum, quae in
acise

acie ceciderant, inficeret, omnia versa in bellum
invenit, populus abundans ad urbem Romanam
processi. C. Fabricius missus ad eum à Senatu,
ut de redimendis captivis ageret, frustra, ne pa-
triam deserere, à rege contatus est. Captivis
ne precioremissi sunt. q[uod] spicas legatus à Pyr-
rho ad Senatum missus petuit, ut componenda
parte causa Rex in urbem reciperetur, de qua
cum ad frequentiore Senatum referri placuit.
set; 10. Appius Claudius⁹, qui propter inutilitudinem
oculorum jamdiu à consiliis publicis se
rat, lecticā in Senatum latet, tunc p[ro]p[ter]a illi-
dignitas pacis magnifica oratione
ulus verbis quæ ex Ennio recitat
Catone majore:

*Quò vobis mentes, recta questas solebas
Antebac, precipiti fese verti ruinas.*

R. LITERAM invenit) 11. Haec dicit legi
M. Varro; Quintilianus, & Festus etadum
antiquos s[ecundu]s S pro R. posuisse, meliori-
sibus, meliosibus, lasibus, fatis: protmajo-
ribus, melioribus, lasibus, fatis.

5. XXXVII.

Tuit post e[st] maxima[re] scientia[re] Sempro-
nius.

nus, quem Populus Romanus ~~etiam~~ appellavit: nec quisquam ante hunc hoc nomine cognominatus est.

Sed & C. Scipio Nāsica, qui optimus à Senatu appellatus est, cui etiam publica domus in sacra via dāta est, quò facilius consuli posset.

S U M M A R.

Idea Mater. 1. *Romam delata.* 2.

P. Scipionis Nāsica entomia. 3.

Sacra via undicita. 4.

Commentar.

P. NĀSICA optimus. Vexante Italiam Hannibale, ex libris Sibylliniis lecto carmine compertum est, alienigenam hostem Italiam pelli posse, i. si matet Idaea Romam deportata eslet, ut à *Livio* refertur xxix. libro. M. Valerius Lévinus & Cecilius Galba legati: Cn. Tremellus Flaccus, M. Valerius Falco, Quæstores missi, ex oraculo Delphico accipere, Deum matrem concedi, sed Rōmam à viro excipiendam esse hospitio. Profecti postea in Phrygiām è Pessinunte, tradēte illam

K.

lam

lam Attalō rege, accepere. Lapiserat, quem matrem Deūmincolæ dicebant. 2. Romā deportarunt, pramissō M. Valerio Falcone, qui ferri Deam punciaret, moneretque, à virgo optimo excipiendam esse. Habitā sunt comitia per Q. Ceciliū Dictatorem, ceteraque Coss. M. Cornelius Cethagus, P. Sempronius. In eo conventu 3. P. Scipio Nasica vir optimus à Senatu judicatus, adfessens, nondum quistorius, matrem Deūm excepte. Hæc ex Lívio. Hujū reminit Plinius lib. vii. Naturalis Historia, sic scribens; *Vir optimus semel à condito exjudicatus est Scipio Nasica, à jurato Senatu. & Junior; P. Scipio Nasica à Senatu vir optimus iudicatus, matrem Deūm hospitiō recepit.* Ita cum adversus auspicia Consulem non magistrum se à Graccho compresisset, magistratus se abdicavit: *Censor statuas, quas sibi quisque in foro per ambitionem ponebat, sustulit.* Consul Delmiciū urbem Dalmatarum expugnavit; Imperadris non unum à milibus, sed à Senatu triumphantum recusavit oblatum. Eloquens primus, iuri scientiā consultissimus, ingēnō sapienissimus,

macc,

m̄us fuit: unde vulgo Corculum dicitur. Et Cicero in Bruto: *P. etiam Scipionem Nasicam, qui est Corculum appellatus, quoniam bis Consul & Censor fuit, habitum eloquenter.*

P. Scipio Nasica.) Filius Cn. Scipionis fuit ejus, qui in Hispania cecidit.

In Sacra via.) 4. Quæ caput habebat ad Carinas. dicta, quod eâ quotannis sacra in arcem veherentur, ut scribit Varro. Vel, quod illic iustum fuerit inter Sabinos & Romanos fœdus, ut Pompejus tradit.

Quo o facilius consuli posset.) Nam in ea habebantur fructuum & rerum venalium mercatus, quod Ovidius ostendit, dicens:

Rure sub urbano poteris tibi dicere missa

*Illa, vel in Sacra sunt licet empta via
& in carmine pudendo:*

De sacra nulli dixeris esse via.

Deinde Q. Mutius, qui ad Cartaginenses missus legatus, cum essent duæ tesseræ positæ, una pacis, altera belli, arbitrio sibi dato,

utram vellet, referret Romanum; utrāque sustulit, & ait, Carthaginenses petere debere, utram malent accipere.

SUMMAR.

Q. Murius. 1.

Carthaginis conditores. 2. amula Romanorum. 3.

Tessera significatus. 4.

Par amplitudo Populi Romani. 5. Pœni.

Caduceum. 6. Caduceator. 7.

Hasta. 8.

Commentar.

Q. Murius.) 1. Nescio an is sit ille, qui in pugna Cannensi fuit: cuius Livius & Silius meminerunt.

A d. Carthaginenses.) 2. Carthago à Teuero condita primū, ut Silius Italicus ait: Urbs colitur Teucro quondam fundata vestro,

Nomine Carthago. Alii putant à Phœnicibus, annis quinquaginta antellium captum. Conditores Xorus & Gache-
don fuisse existimantur: ut alii putant, Dido mulier ex Tyro profecta in Lybiam.

3. Hac

3. Hæc teste *Plinio lib. xv.* centum viginti annis Romanis æmula fuit.

Duæ tesserae.) duæ tabellæ. 4. Tessera mensuræ genus est, quæ maximè munerib: principum commemoratur. EInde fit, ut tessera à Poëtis pro munere aliquando accipiatur. *Martialis:*

*Nunc dat spectatae tessera larga feras.
Hæc diminutivum tesserula est. Persuise*

*Publius emeruit scabiosum tesserula far.
Tessera cubum significat, ut Gellius scribit.
Martialis:*

*Non mea magnanimo depugnat tessera celo.
Tessera interdum symbolum bellicum est,
quod in aciem prodeuntibus dabatur,
ne qua confusio inter milites oriretur.
Virgil.*

*Classica jamq; sonant, it bello tessera signans.
Livius: Ceteris omnibus tesseram dari jubet.
De his tesseras, de quibus in textu, sic scribit:
Aul. Gellius lib. x. Noctium Atticarum:
In libris veteribus memoria exstat, quod s. par
fuit quondam vigor & acritudo, amplitudoq;*

populi Romani atque Poëni : neque immemorè existimatum. Nam cum aliis quidem populis de uniuscujusque reip. cum Poënis autem de omnium terrarum imperio decertatum est. Cuius rei specimen est in illo utriusque populi arbitrio factum. Cum Q. Fabius Imperator Romanus dedit ad Carthaginenses epistolam, ibi scit primum fuit, Populum Romanum mississe ad eos hasiam Caduceum, signa duo bellii Spacia ex quibus, utrum vellent, eligerent: quod elegerent, id unum esse missum existimarent. Carthaginenses responderunt, neutrum sese eligere, sed posse, qui acutissent, utrum malent, relinquent quod reliquissent, id sibi pro electo futurum. M. Varro autem non hastam ipsam, neque ipsum caducum, sed duas tesserulas, in quarum una Caduceum, in altera simulachra hastas asserunt incisa. Hæc ille. Et sic duæ telle hastæ sunt tabellæ. Pomponius Varro, sequitur.

UNA spaciis.) in qua sculptus erat Caducus. Caducus virga Mercurii erat, ut scribit Non. Marcellus, quæ pax significabatur, discente Varrone libro de Vita pop. Rom. II.

Vtr.

Kerbenarius verbenam ferbat, id erat caduceus pacis signum. * Unde 7. *caduceator* legatus dicitur, pacem petens, autore Pompejo Egesto. Cato: *Caduceatori nemo homo nacet.* Quare caduceum Mercurius ferat, lege *Macobium.*

ALTERA BELLI) in qua insculpta erat hasta. *Hasta*, ut Festus Pompejus inquit, *signum est principium belli.* Nō ē *Carthaginenses* cū bellum vellent, Romanū hastam miserunt: ē *Romanī*, cū *foras viros* donare vellent, eos sape hastā donabant.

§. XXXVIII.

Post hos fuit Tiberius Corinthianus, ut dixi, qui primus profiteri cœpit, ius tamen scriptum nullum extat, sed responſa cōplura & memorabilia ejus fuerunt.

Deinde Sex. Ælius, & frater eius P. Ælius, & P. Attilius, maximā scientiam in profitendo habuerunt: ut duo Ælii etiam Consules fuerint. Attilius autē primus à populo Sapiēs appellatus est. Sextum Ælium etiam Ennius lau-

davit: & extat illius liber, qui inscribitur Tripertita, qui vetuti cunabula juris continet.

Tripertita autem dicitur, quoniam Legē xii. Tabularum præposita, jungitur interpretatio, dein subtextitū Legis actio. Ejusdem esse tres alii libri referuntur: quos tamē quidam negant eisdem esse.

Hos sectatus ad aliquid est Cato. Deinde M. Cato, princeps Porciz familiæ cuius & libri extant: sed plurimi Porcij, ex quibus et cetero. riuntur.

Summar.

Sextus Ælius. 1.

L. Atticus. 4.

Ennius. 3.

Rutia. 4.

M. Porcius Cato. 5.

Pomponius notatur. 6.

M. Cato Salonianus. 7.

M. Cato Nepos. 8.

Commentar.

Sextus Ælius.) Hujus i. meminit
Cice-

Cicero in lib. de Claris oratoribus : **Fuit**
Sextus **Ælius** **juris** quidem **civilis** **omnium**
pertissimus, sed etiam ad dicendum para-
to.

L. **Attilius**) Cicero in Lælio : **Scimus**
2. L. Attilium apud patres nostros appellatum
esse Sapientem: quia prudens esse in jure civili
putabatur.

ENN IUS.) Poëta 3. comicus, Calaber,
ex 4. Rudiis oppido ortus, ut autor est **S. L.**
Bius Italicus libro XII.

— **Rudia genuere vetuste,**

Nuno Rudia solo memorabile nomē alumno.

Et Pomp. Mela: *Ennio civi nobiles Rudia:*

Hic à Catone Quæstore Romam trans-
tatus, in monte Aventino habitate dele-
git, parco quidem sumptu, & unius ancil-
likæ ministerio contentus, familiaritate Sci-
pionum clarus, septuagenario major, mor-
bo articulari mortuus est: in via Appia se-
pultus, juxta Scipionis tumulum. Quidam
ejus ossa Rudias in patriam relata fuisse scri-
busit. **Eusebius** autor: Meminit **Strabo**.
Hie scripsit **Annales**, & secundum bellum

— K. s.

Pu-

cinum, in gratiam Scipionis superioris, carmine si non culto, fidei tamen & venerariois pleno, ut Cicero & Fabius dixerunt. Primus apud Latinos carmen hexametrū fecit. Hujus Lucretius meminit lib. 1.

Ennius ut noster occinit, qui primus annam.

Detulit ex Helicote perenni flore carnam.

LAUDAVIT.) Hoc scilicet verfu,
Egregie cordatus homo catus & Elius Sextus.
Cicero de Orat. lib. I. Ille, qui propter baus
riss civilis scientiam sic appellatus à summo Po
ræ est,

Egregie cordatus homo catus & Elius Sextus.

CATO.) 5. Porcius Cato Tusculi natus
fuit: à Valerio Flacco Romam sollicitatus,
principium Porciæ familiæ præstítit. Tri
bus maximis rebus excelluit. Maximus e
nim Orator, maximus Imperator, maximus
Senator fuit. Invidiâ inimicorum quater &
quadragies accusatus, semper absolutus
fuit. Græcis literis eruditus concubuit, a
gens LXXX annum. Latinas, et in penè
jam

jam senex, literas didicit. Cumq; eloqua magna gloriā jam partam haberet, id elegit, ut juris civilis quoque ~~est~~ peritissimus, ut *Vaterius Max*, inquit. Hujus Catonis pleni sunt libri ~~Cicero~~. Hujus &c. vitam *Plutarchus* scripsit, quam legas habet.

Cujus & libri extant.) Hujus Catonis nunc nulla opera extant, nisi unus liber, qui de Re rustica inscribitur.

S E B filii plurimi.) 6. *Cato non nisi duos filios habuit*, ut Plutarchus in ejus vita tradit, & Aulus Gellius lib. x i i Noct. Atticarum, & matribus diversos, & atatib, longè dispares. Nam jam adolescentē altero, matre eius amissā, ipse quoque jam multām senex, Saloniī clientis sui filiam virginem duxit in matrimonium, ex quā natus fuit 7. M. Cato Salonianus. Hoc enim illi cognomenum fuit, à Salonio patre matris datum.

E x QVIIBUS.) scilicet filiis. Ex majore Catoni filio, qui Praetor designatus, patre vivo, mortuus est, et egregios de iuriis disciplina libros reliquit, natus fuit 8. M. Cato, cognomina-

minatus ~~M.~~ Nepos. Is satis vehemens orator fuit, multasq; orationes scriptas reliquit. Et Consul cum Q. M. Martio Rege fuit, inq; eo quod sedis suae in Africam profectus, in ea provincia morte obiit. Hic M. Cato Nepos filius habuit puerum, Edilius curulis et Praetor fuisse, in Galliam Narbonensem profectus, ibi vita funetus est. Ex altero autem filio, quem Secondum appellavimus dixi, duo sunt, L. Cato, & M. Cato. Is M. Cato Praetor, post praturam petens mortem obiit, exq; eodem natu. M. Cato Praetorius, qui se bello civili Uniuersitatem remisit. Hic filium habuit M. Catonem, qui cum Bruto in prælio Philippensi conatus est. §. XXXIX.

Post hos fuerunt P. Mutius, & Brutus, & Manilius, qui fundaverunt ius civile.

Ex his Publius Mutius etiam decessi bellos reliquit: Brutus septem, Manilius tres: Et extant volumina scriptarum Manili monumenta. Illi duo Consulares fuerunt, Brutus Praetorius: Publius autem Mutius etiam Pontifex Maximus.

SUM-

SUMM A R.

Juriconsultus 1.*S. Elius* 2.*M. Manilius* 3. 7.*P. Mutilus* 4.*L. Furius Philus* 5.*P. Scævola* 6.*M. Brutus* 8.

Commentar.

P. Mutilus et Brutus & Manilius.)

De P. Mutilo, M. Manilio sic scribit apud Ciceronem in primo de Oratore Antonius: Si autem quaretur i. quisnam Jurisconsultus verè nominare, primum dicere, qui legum consuetudinisq; eius, quā privati in civitate uterentur, & ad respondendum & ad agendum & ad cœendum peritus esset. Ex eogenere 2. Sex. Elium, 3. M. Manilium, 4. P. Mutilus nominarem. & Cicer. in lib. de Clari oratoribus: Isdem temporibus 5. L. Furius Philus perbene latine loqui putabatur, literatusq; quod in dateri 6. P. Scævola, valde prudenter & acutè. Paulò etiam copiosus, nec multo minus prudenter 7. M. Manilius leges compolu- it. Idem etiam de rebus venalibus leges edidit, quarum meminit M. Varro de Re ru-

stica, & Cicerone de oratore. M. Brutus meminit & Tullius in libro de Claris oratoribus.

§. XL.

Ab his profecti sunt P. Rutilius Ruffus, qui Romæ Consul, & Africæ proconsul fuit: Paul. Verginius: & Q. Tuberio, ille Stoicus, Panætii auditor, qui & ipse Consul: etiam Sex. Pompejus, Cn. Pompeii patruus, &c.

SUMMAR.

P. Rutilius Ruffi innocentia studium & juris scientia. 1. 4.

Honestatis limites pro amicis haud transilendi. 2.

A. Livio dissentit Pomponius. 3.

Publicani. 5.

P. Rutilius exsiliū. 6.

Mors. 7.

Q. Tuberinus durum vita genus 8. In Tripluvia-
tu judicavit contra avunculi testimoniū. 9.

Scientia juris. 10. Ob lectulariū punicis
haedinis stratos Praetura dejectus est. 11.

Spoici qui, & unde dicti. 12.

Sextus Pompejus. 13.

Com.

Commentar.

P. RUTILIUS RUFFUS.) i. P. Rutilius (ut Cicero de Officiis inquit) adolescentiam ad opinionem & innocentia et juris scientia, P. Mutili commendavit domus. Multa operá multaq; industriá fuit Rutilius, ut idem Cicero scribit in Bruto: *qua erat propterea gravior, quod idem magnum munus de jure respondendi sustinebat.* Sunt autem ejus orationes jejuna, multa praeclara de jure, doctus vir, et gracis litteris eruditus, Panatis auditor, propè perfectus in Stoicis.

P. RUTILIUS) ut Valer: Max. lib. v. inquit, cùm 2. amici cuiusdam in justa rogatione refuseret, atque is per summam indignationē dixisset: *Quid ergo (inquit) mibi opus est amicitia tua, si qua rogo, non facis?* respondit: *Imo quid mibi tua, si propter te aliquid sim in honeste futurum?*

Asiæ Proconsul.) 3. Livius lib. lxx. non Proconsulem, sed legatum C. Marii Proconsulis fuisse tradit. Is Rutilius, vir 4. summae innocentiae Asiam ab injuriis 5. publicanorum liberavit: unde equestre ordi-

ordinem sibi inimicum fecit, quoniam e-
quites erant publicani, id est publicos sum-
ptus ministrabant. Rediens Romam, re-
petundarum accusatus est 6. & a judicibus,
qui requestris ordinis erant, in exilium missus.
Qui cum postea ob Syllanam victoriam in
patriam redire liceret, maluit in exilio esse,
quam quod aliquid contra leges fecisse vi-
deretur. Itaque 7. Smyrnæ exulans, vita
functus est.

(Q. TUBERO.) Hujus meminit Cicero in
Bruto: Q. ~~Tubero~~ Tubero, L. Pauli nepo,
nullo in oratorum numero, 8. sed vita severa,
& congruentiam ea disciplina, quam colebat,
paucò etiam durior: 9. qui quidem in Trium-
viratu judicaverit contra P. Africam adver-
tens suè testimonium, vacationem Auguras,
quò minus iudiciis operari darent, non habere:
sed ut vita, sic oratione durat, inculta, horrida.
Itaque honoribus majori responderi nō potuit.
Fuit autem constans ciuis, & fortis, & in primis
Gracchom molestus, quod indicat Gracchi im-
memoratio: sunt enim in Gracchis Tubero-
ni. Is fuit medicus in dieundo, doctissimus in
di-

disputando. Et in libro qui intitulatur de Jure civili in artem redigendo, 10. Neo vero scientia juris majoribus Q. Elius Tubero defuit, doctrinam etiam superfuit, superavitque majores suos doctrinam suam, tum etiam nimis abundantia. Disciplinas enim Tubero Stoicas & dialecticas percolauerat. Et in oratione pro L. Murena : 11. Fuit eadem ex studio vir eruditus apud patres nostros, et honestus homo, et nobilis, Q. Tubero. Is, cum epulum Q. Maximus Africani patru sibi nomine Pro Ro. daret, Rogatus est a Maximo, ut triclinium sterneret, cum esset Tubero ejusdem Africani sororis filius, atque ille homo eruditissimus ac Stoic⁹ stravit pellentesque hædiniis lectulos Punicanos, et exposuit uasa Samia, quasi verò esset Diogenes Cynicus mortuus, et nondum Africani mors honestaretur. Quem cum supremo ejus die Maxim⁹ laudaret, gratias egit Diis immortalibus, quod ille vir in hac rep. potissimum natus esset. Necesse enim fuisse ibi esse terrarum imperium, ubi ille vir esset. Hujus in morte celebrandam graviter tulit Pop. Rom. hanc perversam sapientiam Tuberonis. Itaque ho-

bomo integrerimus, civis opt. cùm esset, L. Pauli nepos, P. Africani, ut dixi, sororis filius, his hædinis pelliculis Praturā dejectus est. Idem Valerius Max. scribit.

*Stoicus.) 12. Stoici Philosophi sūt
erunt Athenis, originem à Zenone dætes,
à Zenone Cittensi: à quo primo Zenon
dicti fuerunt, ut Democritus in epistola ait,
& Laertius Diogenes. Deinde cùm in por-
ticu quadam Zeno dočeret, à porticu, que
græcè stoic appellatur, Stoici dicti fuerunt:
cùm & antea, qui eandem porticu cote-
bant, Stoici nunc parentur, ut Eratosthenes
scribit.*

*Sextus Pompeius.) Hujus 13, meminī
Tullius in Bruto: Cn. Pompeius Sexti frater
aliquem numerum obtinebat. nam Sextus frater
eius præstantissimum ingenium contulerat
ad summam juris civilis, & ad perfectam Geo-
metriam & rerum Stoicarum scientiam. Et in
lib. i. de Officiis. Quidam codices habent,
Cn. Pompei patruus fuit.*

*Fuit & eodem tempore Cælius
Antipater, qui historias conscri-
psit:*

psic : sed plus eloquentia quam
scientiae iuris operam dedit. etiam
L. Crassus frater P. Mutii, qui
Mutianus dictus est. hunc Cice-
ro ait Jureconsultorum disertissi-
mum.

S U M M A R.

L. Cælius Antipater. 1. *Histories ejusdem.* 2.

P. Crassi ingenium & studium. 3. Habuit quinque
verum bonarum maxima. 4.

Architectum quandam virginis cur cacererit. 5.

Pomponius notatur. 6.

C O M M E N T A R.

C A E L I U S Antipater.) 1. Hujus me-
minit Cicero de Claris oratoribus L. Cæliu.
Antipater, scriptor (quemadmodum videtis)
fuit, ut temporibus illis, luculentus, juris valde
peritus : multorum etiam, ut L. Crassi, magi-
ster.

H I S T O R I A S conscripsit.) 2. Harum
autoritate utitur Plinius nonnunquam. Hic
(ut Antonius apud Cic. lib. II. de Oratore
inquit) Cælius Antipater vir optimus, Crassi
familiaris, paululum se erexit, & addidit histo-
riae

tie majorem sonum vocis. Nam ad eam
non fuerunt exornatores: quia satis habebant,
dummodo rem gestam narrarent.

P. CRASSUS) Cic. in Bruto: P. Crassus
3. valde probatum oratorem iisdem ferè tem-
poribus accepimus, qui & ingenio valuit, &
studio, habuit etiam quasdam domesticas di-
sciplinas. Nam & cum summo illo oratore Ser-
vio Galba, cuius P. filio filiam suam colloca-
verat, affinitate se devinxerat, & cum esset
P. Mutii filius, fratremq; haberet P. Sce-
volam, domi jus civile cognoverat. In eo
constat industriam summam fuisse, maxi-
mamq; gratiam, cum & consulteretur pluri-
mum, & diceret.

De hoc sic scribit A. Gellius 1. libro
Noc. Atticarum. P. Crassus Murianus à
Sempronio Asellione, & plerisque aliis historiæ
Romana scriptorib; 4. traditur quinque habe-
sse rerum bonarum maxima et præcipua: quod
esset ditissimus, quod eloquentissimus, quod ju-
ris consultissimus, quod Pontifex Maximus. It
cum in Consul seu obtineret Asiam provinciæ,
& circumcidere, oppugnareq; Lencas oppidum
pararet,

pararet, opusque esset firmata rabe ac procerā, quā
arietem faceret, quo muros ejus oppidi quale-
ret, scripsit ad magistrum s. cęximētorum mo-
liss Albeniensium, sociorum amicorumq; Po.
Rom. At ex malis duobus, quos apud eos vidisset,
ut et major esset, mittendum curaret. Quo,
magister architecton, comperto, quamobrem
malum desideraret, non nisi jussus erat, majorem,
sed quem magis esse idoneum aptioremq; faci-
endo prius, faciliter omiq; portare existimabat,
minoremq; non. Crassus cum vocari jussu, &
cum interrogasset cum, nunt, quem jussus erat, mi-
ssus est causis & rationib; quas dictis abbat, spretis,
vestimenta detrahi imporavit. virgiq; multis
cacciit: corrupti atque dissolui omne officium
imperantis ratus, si quis ad id, quod facere jussus
est, non obsequio debito, sed consilio non desidera-
to respondeat. Hæc Gellius.

Hunc Cicero ait Jurisconsultorum doctissi-
mum.) Nescio ubi dicat hæc Cicero, cùm
in lib. de Claris oratoribus, L. Crassum,
non P. Crassum, disertorum consultissi-
mum dicat, Q. Scævolam, consultorum
disertissimum. Nec posse stare L. Crassus,
cùm

238 *Antonii Garronis*
cum non fuerit frater P. Mutii: sed P.
Crassus.

6. X L I.

Post hos Q. Mucius Publili filias
Pont. Max jus civile primus consti-
tuit, generatim in libros decem &
octo redigendo.

S U M M A R.

- Q. Mucius Scaevola augur. 1. Ciceronis
In Æditate Curuleonum pugna. 2.
Eius Consulatus. 4. Dona pugnae. 5.
mi. 5. Pilâ recreandi animi causa laus. 6.
Alea & calculis vacavit. 7.
Artifex de sua arte restabitisur. 8.
Scaevola mors. 9.
Livio discrepat Appianus. 10.

C O M M E N T A R.

Q. M U T I U S.) 1. Isaugur fuit, de quo
Cicero in Lælio: Q. Mucius augur Scaevola.
Eo 2. præceptor juris civilis usus est Cice-
ro, quod ipse tradit in Bruto, de quo multa
in eó libro scribit. 3. Hic in Ædita ite curulis
(ut Plinius lib. viii. scribit) boonsup simul
pugnans plurimum Roma dedit. 4. Ante
Syllam

Syllam & Q. Pomp. cum L. Crasso Consulatum gessit. Ideo L. Crassus apud Ciceronem in primo de Oratore, Collegam vocat, iis verbis: Q. Scaevola aequalis & collega mens, homo omnium ditissimus, & disciplinâ juris civilis eruditissimus, et ingenio prudentiaq; acutissimus, & oratione maximè limatus atque subtilis, atque (ut soli dicere) juris peritorum eloquentissimus, eloquentium juris peritisissimus.

Q. Scaevola (ut Valerius Maximus lib. I. x. inquit) optimè 6. pilâ lusisse traditur: quia videlicet ad hoc diverticulum, animum suum a forensibus ministeriis defatigatum transferre solebat. 7. Ale quoque & calcantis vacasse interdum dicitur, cum bene ac diu iuracivium & ceremonias Deorum ordinasset. Idem Cicero de Oratore scribit. Q. Murius Scaevola (ut Val. Max. ait) legum clarissimus & certissim⁹ vates, qui res cunque de jure Praetorio consulebatur, ad Furium & Casellium 8. quā huic sententia dediti erant, Consultores rejiciebat. Quo quidem facto moderationem magis suam commendabat, quam auctoritatem minus.

minuebat: ab iis id negotium explicari posse confiende, qui quotidiano usq[ue] ejus callebant. Idem Cicero primo de Oratore libro de Cornelio Balbo scribit.

PONTIFEX maximus.) 9. In quo Pontificatu à minore Mario in Senatu occisus est, & fluvio immersus, 10. ut ~~e~~ Appianus lib. I. Bellorum Civilium scribit. Livini lxxxvi. libro, in vestibulo ædis Vestæ, dum fugeret, necatnm tradit. De quo Lucanus lib. II. Pharsaliæ inquit:

*Te quoq[ue] neglectū violate Scavola dextra,
Ante ipsum penetrare Dea, semperq[ue] calcis
Mactavere facos, parum sed fessa senectus.
Sanguinis effudit jugulo, flamnisq[ue] perire
cit.*

Idem Augustinus in libro de Civitate Dei.

S. XLII.

Mutii auditores fuerunt complures, sed præcipuae auctoritatis Gallus Aquilius, Balbus Lucilius, Sex. Papyrius, C. Juventius: ex quibus Gallum maximæ auctoritatis auctoritate

pud populum fuisse Servius dicit.

Omnes enim hi à Servio Sulpitio
pominantur: alioquin per se eorum
scripta non talia extant, ut ea omnes
appellant.

Denique nec versantur omnino scripta
eorum inter manus hominum. Sed Ser-
vius libros suos complevit: proculjus scri-
ptura, ipsorum quoque memoria habetur.

S U M M A R I

Gallus Aquilius Eques Rōm. 1. Prator. 2. Dotus
ingenii. 3. Demus. 4.

C. Lucilius Balbus. 5.

Q. Lucretilis Vipollo. 6.

L. Annilius Velina. 7.

T. Juventius. 8.

Ser. Sulpitius Ciceronis familiaris. 9. Studia. 10. Rho-
num profectus. 11. Q. Scrobla anteponitur. 12.

Operam dedit dicēdi causa L. Lucillio Balbo.

C. Aquilio Gallo. 13. Eius aquitas in Legum in-
terpretatione. 14.

Commentar.

GALLUS AQUILIUS.) 1. Eques Roma-
nus fuit, clarus iuri civilis scientia. 2. Cum
esset Prator, & Cicero eum collegam habe-
ret

ret, formulas de dolo malo compfuit. Ille
jus meminit Val. lib. vii. n. 11. Cicero in
Bruto ait. 3. homo acutus & exercitatus,
promptus & paratus in agendo, & in ref-
dendo celer. Hic 4. pulcherrimam do-
mum habuit in Colle Viminali, ut Plini
lib. xxvii. i. inquit.

Eusebius Rabius) s. C. Leodili
bus homo doctus & eruditus, in agendo
respondendo consideratam tarditatem ha-
buit, ut C. scribit. His tantos progressus
habuit in Stoicis, ut cum excellentibus co-
genere Gracis compararetur. Hippo An-
tiochi Peripatetici de Stoicorum
Peripateticorum convenientia liber min-

T. JUVENTUS) Hujus meminit de
claris oratorib[us]. Erat in privato
Q. Lucretius Vipsilla, & acclitus &
ius. Prudens etia 7. **T. Annius Velinus** in
generis causis orator sancti olenabilis. Nudem
genere causarum mulierum erat 8. **Juven-
tus**: nemis ille quidem latus in dicendo. & penè
frigidus, sed & callidus, & in capiendo
satio versutus, & præterea nec indotus, &
ignacum foris civiliſſimā intelligentia.

SER.

S E R V I U S). Servius Sulpitius Lemonia Ruffus Q. filius fuit: 9. Ciceroni admodum extitit familiaris, quod & ejus ad Ciceronem, & Ciceronis ad eum indicant epistolæ. De quo siq[ue] in Bruto scribit: 10. Non enim facile, quem dixerim, plus studii, quam illum, & ad discendum, & ad omnes bonarum verum disciplinas adhibuisse. Nam & iisdem exercitationibus incuntem atate fumus, & postea II. una Rhodium ille, etiam perfectus est, quo melior esset, & doctior. Et inde ut rediit, videtur mihi in secunda arte primus esse maluisse, quam in prima secundus. argue hanc scio, & an par principibus esse potuisse. Sed forsesse maluit, id quod est adipius, longe omnium non ejusdem modo ataris, sed eorum etiam, qui fuissent, in iure civili esse princeps. Hic Bruttus, 129. autu, inquit? et iamne Q. Scavola Servitum nostrum anteponis? Sic enim, inquam, Brute existimo, Juris civilis magnum usum & apud Scavolam & apud mulios fuisse, atrem in hoc uno. Quod nunquam affectisset ipsius juris scientia, nisi propter præterea diuissimam atrem, qua doceret rem universam tribuere in partes, intentem ex-

plicare definiendo, obscuram explquare interpretando, ambiguum primum audiens, deinde distinguere, postremo habere regulam, quâ vera & falsa iudicarentur. & que quibus propositis essent, quae non essent consequentia. Hic enim attulit hanc attem omnium artium maximam, qua lucem ad ea, qua confusè ab aliis aut respondebantur, ut agebantur. Dialecticam milsi videris dicere, inquit. Rette, inquam, intelligio: sed adjunxit etiam & literarum scientiam, et loquendi eloquentiam, quæ ex scriptis ejus, quorum similia nullum sunt, facile perspici potest. 13. Cumq; disendi causa duobus peritissimi operam dedisset, L. Lucilio Balbo; C. Aquilio Galli acuti hominis & exercitatis pugnam & præratam in agendo & in respondendo celeritatem, subtilitatem diligentiam superavit. Balbo doctissimus & eruditissimus et in qua re considerat quam tarditatem ei in expediendis conseruandis quæ rebus. Sic & quod uerisque eorum habuit, & explesus quod utique defuit. & in Antonianis. Not 14. vero silebitur admirabilis quadam & inaudibilis & pe-

nè divina ejus in legibus interpretandis, aequitate explicandis, scientia. Omnes, q. è cōte omni etate hac in civitate intelligentiam iuris habuerunt, si unum in locum conferantur, cum Servio Sulpitio non sene comparandi. Neque enim ille magis iuris consultus quam justitia fuit. Ilaque qua proficicebantur à legibus ex a jure civili, semper ad facilitatem aequitatemq; referebat, neque constituere litium actiones malebat, quam bonitatem iollere.

§. XLIII.

Servius cùm in causis orandis primum locum, aut pro certo post Marcum Tullium obtineret, traditur ad consulendum Quintum Mucium de re amici sui pervenisse: cūmq; eum sibi respondisse de jure Servius parum intellectus, iterum Quintum interrogasse, & à Quinto Mucio responsum esse, nec tamen percepisse: & ita objurgatum esse à Quinto Mucio. Namque eum dixisse, Turpe esse patritio & nobilitas & causas orati, jus, in quo versaretur, ignorare. Eā velut contumeliā Servius tractatus, operam dedit juri civili: & plutiūm eos, de quibus

L. 3,

locuti

locuti sumus, audiit: institutus à Balbo Lucilio: instructus autem maximè à Gallo Aquilio, qui fuit Cercinæ.

* Itaque libri ejus cōplures extant Cercinæ cōfēcti. Hic cūm in legatione periisset, statuam ei Pop. Ro. pro rostris posuit, & hodie extat in foro Augusti.

Hujus volumina complura extant: reliquit autem propè centum & octoginta libros.

S U M M A R Y.

Cercina. 1.

Servii Salpitii legati obitus. 2.

Forum Augusti. 3.

C O M M E N T A R Y.

CERCINÆ) 1. Cercina, ut *Diodorus Siculus* tradit, insula est Siciliæ, quæ spectat ad Lybiam, in qua non ignobilis est civitas, & portus non solum mercatoribus utilis, sed longis navibus accommodatus.

1 *N legatione*) 2. Cūm M. Antonius Mutinam civitatem, & D. Brutum Conludem designatum ob sideret, missus est legatus

tus

tus ad eum cum adversa valetudine Servius Sulpitius, cum L. Philippo & L. Pisone. Qui cum ad Antonium pervenit, antequam mandata Senatus exponeret, è vita discessit.

Ejus ~~STATUAM~~) ad hoc legē nonam Philippicam M. Ciceronis.

IN 3. FORO Augusti.) Quod Augustus cum æde Martis Ultoris struxit, & in eo Castorem & Pollucem, cum Victoria & Alexandro Magnitudinem Belli imaginem, restrictis à tergo manibus, Alexandro in curva triumphante, insignia Appellis opera dedicavit.

§. XLIV.

Ab hoc plurimi profecerunt: ferè tamen hi libres conscripserunt: Alfenus Varus, Gajus, Aulus Ofilius, Titius Cassius, Aufidi⁹ Tucca, Aufidius Namusa Flavius Priscus, Gajus Atelius Pacubius, Labeo Antistius Labeonis Antistii pater, Cinnna, Publicius Gellius. Ex his decem, libros octo conscripserunt: quorum omnes,

L 4 qui

qui fuerint, libri digesti sunt. At fidio Namusa in centum quadraginta libros. Ex his auditoribus plutius auctoratis habuit Alphenus Varus, & Aulus Ohlius, ex quibus Varus & Consul fuit. Ohlius in equestri ordine perseveravit. Is fuit Caesar familiarissimus, & libros de jure civili plurimos, & qui omnem artem operis fundarent, reliquit. Nam Legibus vicensimæ primus conscripsit de jurisdictione: idem Edictum Praetoris primus diligentiter composuit. Nam ante eum Servius duos libros ad Brutum per quam brevissimos ad Edictum subscriptos reliquit.

S U M M A R Y

Alphenus Varus ex furore Consul.

*Antistius Labeonis liberatus nimisq. 2.5. Insanus id
eo habitus q. Legum peritius 4.*

Commentar.

ALPHENUS Varus.) I. Hic Cremonensis fuit qui, abjecta servititia, quam in principio suo exercuerat, Romam petiit, magistroq; usus Servio Sulpitio, ad tantum pervenit, ut & Consulatum gereret, & publico sumere

funere efficeretur. Hujus Alpheni A. Gelius & Porphyrius meminerunt. Horatius de hoc ait.

*Ut Alpheni vafer, omnis
Abjecto instrumento artis, clausaq; ta-
berna,
Sutor erat sapiens operiss.*

ANTISTIUS Labeo. —) Vix pratorius;
qui pristinæ libertatis memor, multa in
Augustum & dixit; & fecit. 3. ob quæ insa-
nius est habitus. Horat. lib. i. Sermon.

Labeonis insanior inter.

Sat. os dicatur. & Gell. de hoc sic scribit: In
quadam epistola Aitei Capuonis scriptum legi-
mus, Labeonem Antistitum q; legiems atque
morum Po. Ro. jurisq; civilis doctriam apprimè
fuisse. Sed s. agstabat (inquit) hominem li-
bertas quædā nimia, & decors, si que cō, ut diro
Augusto principe, & temp. obtinente, ratum
tamen pensumq; nihil haberet, nisi quod justum
sanctumq; esse in Romanis antiquitatibus le-
gisset.

§. XL V.

Egit codēm tempore & Treba-
L. §. cius,

tius, qui idem Corneliae audito-
rator: fuit Aulus Casellius, cui
tus Mutius Volusii auditor: de quoque in
lius honorum testamento Publum
um, nepotem ejus, reliquit heredem. Fu-
tem Quæstorius: nec ultra officere voluit,
cùm illi etiam Augustus Consulatum ofer-
ret. Ex his Trebatius perior Caselli.
Casellius Trebatio eloquentior fu-
it. Ofilius utroque doctior. Caselli epo-
non extant, nisi unus liber Benedictus
Trebatici complures, sed minus frequen-
tatur.

SUMMAR.

Trebatus Ciceroni discipulus. 1.

Trebatio Cicero Cesaris amittimus con-

Gratitudo erga Ciceronem. 3.

Autoritate apud Octavianum dicitur.

Cicero ad eum Topica: Horatius S. 7.

A. Caselli J. dicitur noticia insignis. 6.

summa x 7.

Dua res amara Casellio magnum
tiam. 8.

Commentar.

TREBATUS) i. Trebatius Cato.

nis discipulus fuit, quem Cicero suis epistolis Julio Caesaris amicum reddidit, in quo hunc lusit operam. Nam 3. post bella civilia cum plurimum apud Dictatorem valeret, in praceptorum Ciceronem officium se semper exhibuit. 4. Magna autoritate apud Octavianum fuit. 5. Ad hunc Cicero librum Topicorum misit, & Horatius primam Satyram secundum libri.

CASELLIUS) 6. Præstantissimus Jurisconsultus, de quo loquitur Horatius in Arte Poëtica:

Nescit quantum Casellius adulus,

Est tamen in precio. Et Valerius libro vi: Casellius vir juris civilis scienciam clarus, 7. nisi quod periculose contumax. Nullius enim aut gratia, aut auctoritate compelli potuit, ut de aliquacarū rerum, quas Triumviri dederant, formulam compoñeret: hoc cum iudicio vittoria, eorum beneficia extra omnem ordinem legum ponens. Idem cum multa de temporibus Casaris Iberias loqueretur, amicis, ne id facaret, monerent, 8. duas res, quae hominibus amurissima videntur, magnam sibi

L 5.

licen-

Post hoc quoque Tubero fuit, qui Officio operam dedit. Fuit autem patricius, & transiit a causis agendis ad ius civile: maximè postquam Quintum Ligarium acculavit, nec obtinuit apud Casum Caesarum.

Is est Q. Ligarius, cui cum Africæ oram teneret, infirmum Tuberoneum applicare non permisit, nec aquam hauiere, quo nomine eum accusavit, & Cicero defendit, exatq; ejus oratio pulcherrima, quæ inscribitur pro Q. Ligario.

Tubero doctissimus quidem huius juris publici & privati, & constitutus in multis que operis libros reliquias sermone etiam antiquo usus. Non enim scriberet ideo parum libri magnitudine.

Pomponii mil. ap. 1. c. 2.

Commentarii

TENERET. Non tenebat amplius Ligarius,

Ligarius, cum eos expulit : sed P. Accius Varus, qui eam occupaverat. Unde in Commentariis bellicivilis, à Variojectos sūisse Tuberones legimus. Sed pulsos à Ligario eos finire puto, quanquam prævinciam obtinuit Vetus.

TUBERONEM scilicet à Senatu missum. 2. Tuberon non infirmus erat, sed ejus filius, ut in Commentariis belli civilis legimus.

§. XLVII.

Post hunc maximæ autoritatis faerunt Attejus Capito, qui Ofilius sequutus est: & Apollinius Labeo, qui omnes hos audivit: institutus est autem à Frebatio.

Ex his Attejus Consultuit: Labeo noluit, cum offerretur ei ab Augusto Consulatus, quo suffectus fieret, & honorem susciperet; sed plurimum studiis operam dedit: & totum annum in avilicerat, ut Romæ sex mensibus cum studiosis esset, sex mensibus secederet, & conscribendis libris operam daret.

daret. Itaque reliquit quadringenta volumina, ex quibus plurima inter manus versantur. Hi duo primū veluti diuersas fætas fecerunt. Nam Attejus Capito in his, quæ ei tradita fuerant, perleverabat. beo ingenii qualitate & finitimi doctrina, qui & cæteris operis sapientia operam de- derat, plurima innovare vultus: & ita Atejo Capitoni Massurius Sabinus succes- sat: Labeoni Nerva: adhuc eas dissensiones auxerunt. Hic etiam Nerva Cæsari familiatissimus fuit. Massurius Sabinus in equi- stri ordine fuit, & publicè præmhus scripsit posteaq; hoc cœpit beneficium dari à Ti- berio Cæsare. Hoc tamen illi statim erat.

SUMMA.

Suffecti.

Labeonis ratio iuris aliquarumq; artium

scientiā ad iuris laqueos enodando

Eiuslibri. 4. Sayorunde appellata.

Commentarii.

SUFFECTUS.) i. Suffecti dicuntur ma-
gistratus, qui in demortuorum locum subi-
cuti sunt:

LABEO

LABEO ingenii qualitate & fiduciā do-
trina.) Gellius: Labeo Antistius juris 2. quidē
civilis disciplinam principali studio exeruit,
& consulenib[us] de iure publicè responsitavit:
magistrorum quoque bonarum artium non exp[er]s
fuit. In grammaticam sese atque dialecticam
literasq[ue] antiquiores altioresq[ue] penetraverat, la-
tinarumq[ue] vocum origines rationesq[ue] percalcu-
erat, 3. ergo precipue scientiā ad enodandos
plerosque iuris laqueos utebatur. 4. Sunt adeo
libri post mortem eius editi, qui posteriores in-
scribuntur. Quorum libri vni tres continui,
XXXVIII. XXXIX. XL. pleni sunt id genus
verum ad enarrandam & illustrandam linguā
Latinam conducentium. Praterea in libris,
quos ad Praetoris edictum scripsit, multa posuit,
partim lepidè atque argutè reperga. sicut hoc
est quod in IV. ad edictum libro scriptum le-
gitimus: 5. Soror (inquit) appellata est, quod q.
seorsum nascitur, separaturq[ue] ab ea domo, in qua
nata est, & in aliam familiam transgreditur.

Et ut obiter sciamus, ante tempora
Augusti publicè respondendi jus nō à Prin-
cipibus dabatur, sed qui fiduciam studio-

rum suorum habebant, correspondebant: neque responsa respondabant: sed plerumque iudicabant, aut testabantur, aut refutabant. Primus Divus Augustus auctoritas juris haberetur, auctoritate ejus respondere posse peti hoc pro beneficio optimus Princeps Hadrianus et trii Praetorii peterent, ut sibi licedere, rescripsit eis: Hoc non potestari solere: & ideo, si quis fiducieberet, delectari se: populō ad diuinum se præpararet. Ergo Sabinius est à Tiberio Cæsare spoderet, qui in uestri ordinatu & ferè aiorum quinquaginta est: Huic née amplæ facultates plurimam à suis auditoribus sufficiunt.

Commentar.

O B I T E R.) Compositum est obiter, nec significat (ut Laurentius, quidam existimant) specialiter obitum, vulgo dicitur, incidenter, hoc est, propter propositum.

positum, quasi in itinere occurrentis, *Juvenalis Satyra III.*

— Auge obiter legat.

Plinius in prologo Naturalis historiæ: *Ego plane metu sediū possim multa confidere, nec
ad hanc fidem in omnibus; quæ edidi, ut obiter ea-
veram. Hoc Eumenomastigotus.*

Huius successit C. Cassius Longinus, natus ex filia Tuberonis, quæ fuit nep̄tis Serv. Sulpitii: & ideo prænomen suum, Servium, Sulpitium appellata. Hic Comul fuit cum Quartino tem-
poribus Tiberiis ad plurimum autoritatis in-
civitate habuit eoque, donec eum Cæsar
civitate pelleret; expulsus ab eo in Sardiniam, revocatus à Vespasiano, diem suum
obit.

Nervæ successit Proculus. Fuit eodem
tempore & Nerva filius. Fuit & alius Lon-
ginus ex equestri quidecum ordine, qui post
ea ad Praeturam usque peruenit: sed Proculi
autoritas major erat: nam etiam plurimum
potuit: appellaturq; sunt partim Cassiani, par-
tim Proculjani. Quæ origo à Capitone
& Labeone cœperat.

258 Antonii Gallo
Cassio Cælius Sabinus suus est qui in
tiuum temporibus Vespasiani post
Proculo Pegasus, qui item
Vespasiani Præfetus urbi
Cælio-Sabino Præfatus
Pegaso Celsus, patri Celsi
Priscus Neratius: quod
fuerunt. Celsus quidem & nietum
leno Prisco Aburnus, Yalem &
item Salvius Julianus.

S U M M A R Y

Cassius Longinus. 1.

Pegasus. 2.

Jabolenus Priscus & Vindius Vetus quo
ruerint. 3.

Salvius Julianus Edictum perpetuum composuit. 4.

Helium Pertinacem Imp. integrans. 5.
imperium. Interitus. 7.

Commentarii.

C. Cassius Longinus. 1. Co
dam C. Cassii Longini Jureconfundi
nit Tranquillus, cui Drusilla m'collocata
Imperator Caligula abduxit. Hunc am
nibus orbatum; quod in vetere gentis stem
mate C. Cassii percussoris Cæsar is in ag
nem retinuisse, Nero interfecit.

PEGASUS

P E G A S U S) 2. Hujus Juvenalis meminit
Satyra IV.

— *Rapta properabat abolla
Pegasus, ait tonita positus modo villicus urbis.*

J A B O L E N U S P A R S C U S) 3. Hujus me-
minit *Plinius junior* in Epistolis.

V I N D I U S V E R U S) 4. Item temporibus
Antonini XII. Imperatoris floruerunt.

I T E M S A L V I U S) 4. Hic perpetuum E-
dictum sub Adriano composuit, ut in Tem-
poribus *Eusebius* scribit. 5. Hælium Pertini-
nacem Imperatorem in Balatio , nemine
contadicente, interfecit. 6. Quo occiso;
imperium occupavit, & septem mensi-
bus imperavit, postea 7. Severus
eum apud pontem Milvi-
um interfecit.

C O M M E N T A R I O R U M
A N T O N I I G A R R O N I S
in Pomponium ac origi-
ne juris

F I N I S.

INDEX
AUTORUM, QUID IN
HISCE COMMENTARIES
laudantur.

A.

Aulus Gellius. vid. Gellius.
Appianus. Pag. 32. 100. 123. 131. 133. 134. 136. 135.
194. 197. 178. 240.

Apulejus. 185.

Arיסטολες. 46.

Ascimus Padianus. 32. 110. 131. 140. 141. 149. 169. 179.
184. 186. 204. 213.

Aurelius Attadius Charissus. 125.

Aurelius Augustinus. 19. 240.

C.

Cesar. 253.

Caper. 171.

Cato. 46.

Cicero. 6. 40. 45. 47. 50. 56. 63. 66. 67. 69. 95. 99. 103.
120. 122. 126. 131. 133. 143. 145. 146. 148. 184.
186. 189. 211. 212. 216. 219. 225. 226. 227. 229.
230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239.
240. 242. 243. 244. 247.

Curtius. 8.

Demi.

I N D E X.

D.

Democritus. 234.

Diodes Siculus. 132. 201.

Diomedes. 171. 246.

Dionysius Halicarnassus. 11. 15. 17. 22. 26. 29. 32. 33.
35. 36. 40. 42. 47. 50. 55. 56. 58. 69. 75. 77. 78. 79.
82. 94. 96. 98. 100. 101. 102. 105. 113. 120. 124.
126. 132. 133. 134. 140. 144. 157. 169. 170. 171.
172. 173. 199. 193. 205.

E.

Ennius. 53. 203. 216.

Eusebius. 36. 39. 119. 124. 131. 173. 206. 225. 239.

Eutropius. 131.

F.

Fabius, vid. *Quintilianus*.

Fenestella. 188.

Festus Pompejus. 26. 32. 35. 36. 38. 52. 53. 55. 65. 70. 75. 76.
94. 107. 133. 140. 141. 141. 143. 152. 180.
184. 187. 198. 203. 216. 219. 223.

Florus Epitom. 58. 64. 190.

Florus. 36. 39. 132.

G.

Gellius. 3. 35. 62. 65. 68. 69. 96. 11. 13. 141. 184. 207.
221. 227. 236. 249. 255.

H.

Halicarnassus, vid. *Dionysius Halicarnassus*.

Helius Lamprius, vid. *Lamprius*.

Hieronymus. 17.

Horacius. 14. 215. 249. 251.

I.

Iauclenus. 107.

Italicus.

I N D E X.

Italicus. vid *Silius Italicus.*
Julius Solinus. vid *Solinus.*
Justinus. 39.

L.

Juvenalis. 6. 53. 257. 259.

Laertius. 234.

Letus. 33.

Lampridius. 1.

Laurentius Valla. vid *Valla.*

Livius. II. 15. 22. 26. 28. 29. 32. 36. 40. 42. 49. 50. 53. 58.
 58. 60. 61. 62. 63. 78. 79. 80. 94. 95. 97. 98. 101.
 102. 104. 105. 106. 108. 111. 118. 121. 122. 123.
 124. 182. 186. 187. 188. 189. 197. 208. 212. 214. 215.
 217. 220. 221. 231. 240.

Lucanuſ. 49. 192. 207. 240.

Lucretius. 143. 226.

M.

Macrobius. 66. 98. 147. 223.

Marcellus. 179.

Marcus Porcius Cato. vid *Cato.*

Marcus Varro. vid *Varro.*

Martialis. 3. 221.

Mela. 195. 225.

Modestinus. 152. 198.

N.

Nonius Marcellus. 101. 186. 222.

O.

Ovidius. 15. 38. 48. 69. 101. 147. 174. 173. 189. 201. 203.
 219.

Padianus. vid *Aconius Padianus.*

Paulus

I N D E X.

- Paulus*. 171.
Persius. 221.
Plautus. 40. 103. 171.
Plinius. 3. 8. 51. 62. 63. 65. 76. 192. 195. 200. 218. 221. 235.
238. 242. 257.
Plinius Nepos sive Junior. 15. 35. 36. 46. 16. 91. 171. 173. 181.
196. 198. 215. 259.
Plutarchus. 11. 14. 17. 18. 19. 22. 26. 28. 29. 32. 33. 35. 36.
39. 69. 75. 96. 97. 100. 101. 108. 109. 111. 120. 121.
126. 132. 133. 134. 136. 140. 141. 147. 148. 170.
171. 183. 184. 187. 196. 197. 200. 209. 214. 227.
Pompeius Festus. vid. *Festus Pompeius*.
Pomponius Letus. vid. *Letus*.
Pomponius Mela. vid. *Mela*.
Porphyrius. 249.

Q.

- Quintus Curtius*. vid. *Curtius*.
Quintilianus. 8. 47. 95. 199. 216. 226.

R.

- Rufus* vid. *Sextus Rufus*.

S.

- Sallustius*. 197.
Seneca. 120. 124.
Sergius Honoratus. 6. 30. 79. 143. 184. 201. 203.
Sextus Rufus. 40. 191. 193.

- Silius Italicus*. 98. 193. 220. 225.

- Solinus*. 4. 191. 193. 194.

- Strabo*. 3. 192. 225.

- Suetonius Tranquillus*. 53. 126. 187. 189. 199. 200. 202.
213. 214. 258.

Tacitus

I N D E X.

T.

- Tacitus.* 148. 150.
Terentius. 40. 71.
Thucydides. 192.
Tibullus. 48.
Tranquillus. vid. *Suetonius.*
Trogus Pompejus. 194.

V.

- Valerius Maximus.* 60. 62. 63. 111. 135. 184. 190. 197
199. 227. 231. 234. 239. 242. 251.
Valla. 103. 256.
Varro. 11. 26. 32. 52. 58. 107. 119. 120. 140. 141. 143. 145.
151. 171. 172. 186. 190. 216. 219. 229.
Venuleius. 103.
Virgiliius. 6. 7. 48. 148. 192. 201. 204. 221.
Ulpianus. 47. 74. 94. 144. 148. 150. 151. 171.

F I N I S.

CLEMENTI



CUNRADI *gum Böhmen*

Notulae.


Titulum] Ad Antiquariss cognitionem habet ingressus Notularum ex data occasione ab Inscriptionum usu hec Autorum sensu atque verbis, necessere antepagmenta. Colore ergo phœnicio, qui exuberantiam splendoremque significat ruboris. A. Gell. 2. N. A. 26 &c. c. 9. ac veluti violaflammæ flagrat, Anton. Tylesius libro de Colorib. c. 10. docta olim antiquitas in librorum Επιγραφαις (quod &c nunc servatur) notandis utebatur, Tyles. d. l. c. ult. indeque eas Titulos appellabat, quasi Tutulos, à Flaminicatum capitis ornamento, quod vitta purpurea innexa crinibus siebat, Festus in Tutulum. Has verò prædicto colore à veteribus in honorem memoriamque Phœnicum, quos literarum credebant inventores, in-

M
I
G
N
I

Signitas arbitrantur. Tylesius d. c. nlt. & Rayn. Corsus 2. Indagat. jur. c. 2. n. 2. Sed in librorum capitibus non sine ornamenti factas. Hier. Magius v. misc. E4. vel distip-
tionis facilitoris gratia, quæ memoriâ com-
modè juvatur, & inveniendî quæ annotavi-
mus, probatur facultas, consignari solita.
Petrus Gregor. Tholos in prelud. opt. Icti.
L 2. c. 23. n. 2. Salmuth in not. ad 1. Panciro-
tij de characterib. literarib. Verb. missio illa
strare. De Rubricis infra.

FF] Digesta cur dupliq[ue] scribantur, ra-
zia adferuntur causæ: vid. Alciat. 3. di-
punct. 16. Cujac. 12. O. ult. alios. Luc, Joan,
Scoppa 1. Collect. 9. dupliq[ue] pingi ait,
quod Justinianus ea tandem fieri fecerit,
hoc est, in ordinem brevitatem in qua digesta
ex indigesta Legum copia rediretur,
quod primum Cos. Pompejus coepit, de-
inde M. Crassus, mox C. Cæsar. Obiter no-
to, Leges olim quoque ab initio allegatas.
Carrio 1. Emendat. 8.

Libro sing. Enchiridii] Catalogus Pan-
dectis Florentinis prefixus exhibet Sex.
Somponii libros Exegidius duntaxat du-

25 : verūm rubricæ Legum ex Pomponio
desumptatum præter hosce librum. Eachi-
idii singularēm editum evincunt ; argu-
mento est hæc L. nōstra, L. 2. ff. de J. & J. &
239. de V. S. De aliis ipsius libris Ge. Eber-
lin. in Explīcat. hujus tit. cap. 48. n. 20.

Pomponius] vid. Aymer. Rivall. hist. J. C.
ib. 5. pag. 337. Edit. Mogunt. 1530. Förster.
hist. J. C. R. lib. 2. c. 79. Indices jur. var. La-
mitt. Augustini & Freymonii §. Sextus
Pomponius. pag. 434.

Lampridius] in Alexandro Severo, ubi
eclitionis diversitas in Edit. min. Lugd. 1551.

Pag. 2. Domitius Ulpianus] Lamprid. in
Alex. Sev. pag. 341. & 372. Laetantius 5. In-
stit. 11. in fin. Domitius, inquit, de officio Pro-
consulatis libro VII rescripta Principis ne-
faria colligit, ut doceret, quibus poenis ad fidū
exorteret eos, qui se cultores Dei confiteren-
tur. Dn. Benckendorff. repet. L. 2, præmisit:
1. de R. J. Eberlin. hec cap. 52. n. 3. Förster.
in hist. Ju. Civ. lib. 2. 77. & alii. Hiero. Ma-
gius Ulpianum Adrianis temporibus flora-
isse tradit 4. misc. 6.

Aphricanus] Cujacius 7. O. 2. Africa-

num ad Adriani imperium refert, explosa
Lampridii opinione. Hujus responsa adeo
obscuta, ut in proverbium abierit Lex A-
fricani, i. e. difficilis Seest: Medic, de LL.
& stat. p. 1. quæst. 4. n. 3.

Papiniani] Paulus l. 40. lecta. D. d. reb.
etcd. Magius 2. misc. 1 r. Cuj. 7. O. 2.

Paulus Pata.] Lamprid. in Steviro pag.
349. Dn. Benckend. in rep. l. 1. p. 1. n. 3. 2.
& rep. l. 2. præm. 1. n. 2. 6. & seqq. de R. 1.

Quos ad Sabin. misit] Quid verba hæc,
ad Sabinum, item ex Sabino, ex Minigo,
significant, tradit Jāc. Curtius 2. Conject.
2. tom. 1. Ant. Augustin. 1. Emend. 6. Hac
spectant, quæ Laur. Valla præfat. 6. Eleg.
commentatur.

Ex quib. nihil præter ossa] Quæ uno ob-
tutu cernes in Indicibus juris variis Labitti,
Angust. & Freymon. Eberlin. h. t. Vide Valla
præfat. 3. Eleg.

Pag 3. Carnem temeritas] De ea con-
queruntur Jo. Lud. Vives 7. de cansf. corr.
art. qui est de J. civ. corruptio M. Ant. Mu-
rarius Epistolâ com. in h. t. præfixâ. Ant.
Contius. 1. Lect subsec. 9. Govean. 2. var.
27. Nic. Cisner. Epist. de Jurispr. dign. &

Duaceni operib. & Orat. de veter. I C. alii.
 Sed ditis cōviciis prosequuntur Franciscus
 Amelinus Paris: lib. 1. Restitution. iuris tit.
 2. & Ant. Faber 35. Errorum pragmat. 2.
 contra quos Treutlerus epist. dēdic. Vol. 2.
 Disputr. Oswaldus Hilliger præfat. vol. 1.
 Donelli enucleati, & ibi lib. 1. c. 1. Timatus
 Faber disp. ad Inst. 17 q. 1. Gregor. Lopez.
 in præfat. lib. singul. animadv. & cap. 7. n.
 4. Juris majestatem, ac ejus Compositorum
 vel ipsius Justiniani auctoritatē asseruerūt:
 qua de re quid sentiā, dixi in Triboniano.

Enchiridiō dici pot. man.] I Ctorū sumus
 circa verborū origines, proprietates & differ-
 entias labor, ut cōstat ex tit. de V.S. ex Herē-
 niū Mōdestini diff. l. 9. & infinitis ll. Quin-
 tili. 5. c. ult. in fi. & 12. c. 3. Gell. 13. 10 Vall.
 in d. præf. lib. 3 Eleg. Aon. Palearius Orat. 1.
 in l. Marzen. Val. Gail. Forster. tr. de inter-
 pret. jur. 1. c. 2. & 1. Obs. II. Wower. de Po-
 lymanthia c. 19. Erenb. 1. de fœder. 3. Cartio
 z. Em. 10.

Martialis] Epigr. 2.

August. quod. opus] Ad Laurentium.

Plinius] præfat. nat. hist. ad Vespasianū.

M 3

Gell.

Ad princip.

Juris originem] Ut sunt tria tempora, ita
ordo rerum tribus momentis conseruus est.
*Habent enim omnia initium, incrementum,
summam,* Quintil. 5. c. 10. med. *Nibile est
enim simul & inventum & perfectum,* Cic.
in Brut. p. 203. E. Edit. Goth. 1596. quemad-
modum neque illa disciplina aut ars, qua sin-
gulari consummata sit ingenio. Colum. 5 de
seruit. 1. quum nemo omnia possit stire, M.
Varro 2. de re rust. 1. in pr. nec quicquam
omnium est, quod possit in primordio sui per-
fici. Apul. 1. Florid. in pr. Hinc non solum
Historicis familiare, rem ab origine dedu-
cere, Justinus 2. hist. pr. Liv. 7. c. 2. fi. sed &
Iureconsultis. L. un. D. d. off. præt. & L. un.
D. d. off. quæst. cum sim. *

Pag. 4 Legulei] Cic. 1. de Orat: p. 188.
Varro 5. de L. L. n. 7. verb. legere. Sic ho-
mines inter oleum & vinum occupati, ap.
Senec. epist. 15. Libratioli, ap. Cic. Orat.
pro Corn. Balb. pag. 716. Formulari ap.
Quintil. 12. c 3. fi. vid. Cato de re rust c. 64.
& 144. Pag.

Pag. 5. Civitatis] Differentiam civitatis & urbis, quam tradunt Grammatici, non semper observari vult Bartolomaeus Bartientius Observat sylva cap. 12. Alb. Gentil. Lect. Virgil. c. 8. Udal. Zasius com. ad h. L. verb. Civitatis. Sed consulenda hodierna Politicorum schola.

Sine lege, sine jure] Justinus 34. hist. 1. Expedire omnibus dicunt, ut singula civitates leges suas & sua iura habeant. Cicero Or. pro Dom. p. 577. si. Fueris sane tribus plebis tamen quām lege. Vid. Vall. 4. El. 48. Sic mores & leges sapienter consūti ostendit Dn. Ricc. dec. 16. Obs. histot. cop. i. Juris verā Etymologiā Magius 4. misc. 1. indagat.

Sinc certa lege] De Germanis Pomponius Mela lib. 3. c. 3. 7th, inquit, in viribus habent, adeo ut ne latrociniis quidem pudeat, tantum hospitibus boni mitesq; supplicibus. At hoc Melæ seculo: nostro, in Legibus præsertim municipalibus, Olivarius in Schol. ad d. I. Melæ. De populis Cyrenaicæ provinciæ idem Mela lib. 1 cap. 8. Quodnam quām in familias passim & sine lege dispersi, nihil in communione consultant, &c. Pag.

Pag. 6. Servius] ad allegatum verbum
Virgilii pag. 493. Ed. Basil. Seb. Henricp.
1586: ubi & hoc adjicit: *ius ad non scriptu
etiam pertinet, Leges ad ius scriptum.*

Juvenal. lat. 2.] v. 72.

Cicero] 2. de Invent. n. 13. Cujus sensum
hoc loci expressit Garto. Confer Cic. 2. ad
Herenn. n. 21. & seqq. Fisherum in Sulpici-
tio. Quintil. 7. 5. Ærod. 1. rerum judicat. 1.
Corrasium 2. de arte jur. Ant. Clarum Syb-
vium præfat. com. ad Leges Regias & XII.
tabb. Eguinarium Baro. ad L. 1. D. de J. & L.
Vivæm prælect. in Leges Cicer. & ad Aug.
& Civitate Dei. 3. 17.

Religio] Sylvius dicto com. capite 1. &
seqq. Corrasius allegato l. c. 6.

Pag. 7. Manu] Hoc significatu sumitur
in L. 4. de J & J. & in p. Inst: de libert. &c.
VI. Æneid.] in fine medii.

Pag. 8. Plinius &. N. H.] cap. 10.

Idem] Plinius citato libro c. 7. fr. Legen-
dum contra min. Sic Solinus (quem Plinius
simiam & mimum maximum vocat Bar-
palamæus Barricatus Annot. sylva. c. 3.) in
Polyhistore c. 28.

Curti-

Curtius IV.] In Ed. Bas. apud Henricp.
1556. hæc refertuntur libro 9. pag. 324 ubi
Glareanus. In aliis libro 7.

Idem] Curtius d.l. paulo pōst.

Quintil. I.] c. 13.

§ II.

¶ Pag. 11. Livius I.] c. 13.

Plutarchus in Romulo] pag. 52. Editio.
Francof. cum notis Xylandri.

Halicar.] libro 2. pag. 82. med. & 83. Ed.
Francof. operâ Sylburgi 1586.

Varro] Cofer 4 de L. L. n. 9.

Inferius] pagina 29.

Cum Romulus] ex Livii libro 1. c. 2 &c
§. seqq.

Asylum] De jure asylorum vide sing. tr.
Dn. Georgi Rittershusi amici fraterne co-
lendi Augustinu. i. de Civitate Dei 34. ibi-
que Vivem.

Pag. 12. Consualia] De Consualibus, hu-
dis Neptuno-sacris , Varro 5 de L. L. n. 3.
M. Ant. Sabellicus annot. in Livii librum
1. Sylvias dicto com. c. 15. Rosinus 4 antiqu.
Ro. 32.

Iratij] De Justitia caussæ Romuleæ vide
sjs M. Minucii Felicis Octavium, & libras
Albertici Gentilis de armis Rom.

Pag. 13. Tarpejum] Consule Pancir. libr.
de Quatuordec. regione. ~~urb.~~ Re. Reg. q. f.
capitolium antiquum.

Quirites] Vid. Jac. Durat. Casellius F. va-
riat. 17. Vives ad Aug. i dç Civ. Dei. c. 6 & ad
lib. 2 c. 15.

Oppido Sabin.] Ex autore de viris illa-
st. c. 10. in Romulo. Festus Paulus Diaconus
conjunctionis in Curis.

Pag. 14. Plutar.] in Romulo. pr. & Paral-
lelis n. 36.

Idem] Plut. in Rom. p. 36. fi.

Pag. 15. Plinius Nepos] seu Autor de
vir. illust. c. 1. in Proca.

Livius] lib. 1. c. 3.

Lausum Ovid.] 4. Fast. pr.

Aegestum Dionys.] lib. 1. p. 62.

Hiam] Plutarchus in Rom. p. 37. Dionys.
lib. 1 p. 62. Liv. 1 c. 3.

Quarto dein. an. ut Dionys.] lib. 1 p. 62.
fi. & 63.

Pag. 17. Antho ut Plutar.] in Romulo.
P. 37.

In Sylviam s̄evire] Vestales impudicæ cur in terra defoderentur, docet Castellius 2, var. 2, iisque vivis defossis panem & lac appositum, Gul. Cantor, 7. nov. lect. 6.

Dionysius] Quem vid, lib. 1. p. 65 pr.

Pag. 18 Eis ut Plutar.] d. p. 37 med.

Et lupa] ex Dionyſ. lib. 1 p. 65. & 66.

Pag. 19 Pallantium] Solin. Polyhist. c. 2 Virgil: 8 Aeneas pt. Varro 4 de LL. n. 8 Liv. I c. 5. Panciroli, de Quatuord: reg. urb. Rom: reg. 10.

Plutarchus] in Rom. p. 38. 39.

Pag. 22. Lvius] lib. 1 c. 4 cum seqq.

Plutarch.] in Romulo.

Mortuo] ex Dionys. 1 p. 72 & seqq.

Urbe condita] Quid urbs, unde deriveatur, quo olim ritu ædificata, & quando cum oppido conveniat, tradit Lucius Joann. Scoppa 1 Coll: c. 28 Hip: à Collib: dē increm, urb. c. 1. Cornel: Wittel: in Merul. c. 19. Aratum muris inductum, quum amitterent jus civitatis, probat Jo. Castalio var. lect. cap. 10.

Pag. 23 Bonas aves] Romam auspicis conditam, regnum suceptum, & postea

M. omnes

omnes dignitates, docet Sylvius coram
LL. reg. c. 10. Val. Maxim: 2 c. 1. pr.

Pag 25 Acca laur.] De ea Plutar: pbl: 35.

Celestem] Videatur Autor de viris ill. in
Proca. Plutarchus probl. 27. Lex ult. dera-
rum divis. Eleganter Polydorus. Rsp ad
noct. temp. c. 19. Dixit Vindicta turbati
militiae ordinis.

Pag 26. Varro] 4 de LL. n. 4 & 32 & li-
bro 8. n. 27 & 35.

Livius] libro 1 c. 7. Edifferui in tract. de
Nominibus.

Dionys.] lib. 1. p. 8 & lib. 2. p. 78. med.

Plutarchus] in Rom. pr.

Pompejus] Festus sched. à Pomponio
Lætro relatis verb. Romulum. & Paolo
Diac. conjunctus in Romam. Edit. Gothof.
1602. Plutarchus probl. 60. Solinus Polyh.
c. 1 & 2.

Plutarchus in Romul.] p. 44. med.

Pag. 27. Militares legiones] Consulendus
omnino Henr. Savilis Angli comment. de
Militia Romana.

Pag. 28. Patres conscripti] Plutarchus
problemate § 8.

Livius] libro 1 c. 8.

Patr.

Patriciique] Gul. Canterus 2. Novarum
lect. 24. Sylv. d. com. c. 24. Andreas Kniché
de jure territorii c. 1. n. 176. cum seqq.

Livius] libro 1 c. 13.

Plutarchus iis] in Romulo p. 52.

Pag. 29. A Romulo Ramn.] Infrap. 141.

Luco] vid. Luc. Joannes Scoppa 1. Col-
lect 18. Sylvius c. 3.

Halicarn.] libro 2 p. 82 & seq.

Supra] pag. 11.

Conditā urbe] De anno urbis conditæ,
Solinus Polyh. 2. Atque anno quolibet di-
em natalitium urbis Romæ celebrandum
docet Quintilianus Mandosius in annali-
bus casibus n. 22. Pictartus Orat. Academi-
ca 10. de natalitis veterum.

Pag. 31. Ubi verò hæc] Pergit Dionysius
libro 2 p. 85. fin.

Pag 32. Quinque ut Festus Pomp.] Pau-
lo Diac. conjunctus in Centumvitalia. &
in Curia. ubi Goth. Adhibe Petrum Nan-
nium 10. misce. 6. Scoppam 1. Collect. 18.
Gruterum ad librum 1. Livii, verb. Tribus
ut ego. p. 32. Ed. Francof. 1609. Sigonium
1. Emendat. 40. Robortellum 2. annotat.

37. Augustinum 3. de Civitate Dei. 19. Ubi Vives.

Appianus 1. de bel.] p. 23. Editionis minoris Lugd 1560. & p. 58.

Afconius Pæd. 2 in Verrem actione ~~Ita~~
Oratione p. 18. Editionis Venet. in ædibus
Aldi & Andreæ Astiani. 1522. Verba hæc
sunt: *Romilia, nomen est tribus, ablative ca-
sus, ut sit ex Romilia. Tribus enim urbani
rusticæq; omnes XXXII numerantur, ex qui-
bus aliquam necesse est, cuiusq; ordinis fu-
rit, Civis Ro. obireat. Moris autem fuit,
cum quis civis Ro. ostendendus esset: signi-
ficaretur aut prænominis suo, aut à nomine,
aut à cognomine, aut à cognatione, aut à tri-
cu, in qua censeretur, aut à Curia, aut à Cen-
sura, aut si erat Senator eques Ro. à Curia sua.*

Livius] ut colligere est ex ipsius libro 1. c.
13. & Flori Epit. Liv. libro 2.

Pompejus] d.l. in Centumviralia & in
Curia.

Varro] 4. de L. L. n. 32. Valla in Rauden-
sem verb, Curia.

Pompejus] d.l. in Curia.

Curiones] vide Phil. Beroaldi Annot.c.

151. Brodæum 6. misc. 7o Joannem Rosinū
 3. Antiq. Rom. 13. Barthium adversar. libro
 XI. c 6 . Jacobi Pontani Progymnasij La-
 tinit. vol. 3 parto post. progr 4. v. Curiōnes.

Pag: 33. Pomponio Lætō.] Non memini
 me in ipsius libellis de Antiquitatibus ur-
 bis Romæ, de Romanis magistratibus, Sa-
 cerdotis, Juriis peritis & Legibus legere, nisi
 hoc ex libelli de Magistratib⁹ cap. 1. colligat.
 Garto. Floruit verò Pomponius circa An-
 num æræ Christ. 1472. calcylo Bucholceti
 & Calvishi in Chronolog. Adscribam quia
 de Pomponio ridiculē recenset Ludovicus
 Vives in Miscellaneis de veterum consue-
 tudine epistolariis. De Authoribus Episto-
 lar, Pomponius Lætus, inquit, puritatis fuit
 adeo studiosus; ut nec Græcè quidem scire
 voluerit, ne quid alienum sonaret, aut ad-
 misceret linguæ illi Quiritium. Ita & verba
 habet electa, & dictio nō satis castigatam.
 Imò tantum fuisse admiratorem Romanae
 vetustatis, ut Christiano Petri nomine re-
 fecto, sed dixerit Pomponium: celebrasse na-
 tale in Urbis, & coluisse Romulum, sequē
 Dictatores in uominaisse: Quoties marmor
 aliquod

aliquod vetus effodiebatur ex urbis ruinis,
illacymal se: rogatū, cur id faceret; Admo-
nitus respondisse, temporum meliorum
ploro, reterūt Bucholcerus & Calvisius di-
cto loco. De aliis alibi.

Leges quasdam } De Legibus tam Regis
quam X Pl. tabb. vide sape laudatum
Clari Sylvii Commentarium: Paulus
Manut. de Legibus Romanis. Jacobus
Typotium de Justo.

Plutarchus } in Romulo p. 55. ubi Xy-
lander in Annat. num. 19. recte Prolius
non Clavium vertendum contendit.

Dionysius] libro 2. p. 95.

Ut idem ait] dicto libro & p. 96. & seq.

Pag. 35. Plinius Nepos] c. 3. in Num.

Dionysius] libro a. p. 98 in pr.

Festus Pompeius } Paulo Diacone con-
junctus in Parici Quæstorijs.

Siquis] infra p. 158. & 193.

Idem Festus] in Pellices.

Gellius] 4. Noctium Atticarum 3:

Leges aliorum invenies apud Dionysiu-
m] libro 2 & seq. Sylburgium ad finem Di-
onysii p. 780. Velcurionem innotis ad Li-

vium. Eberlini com. ad hunc titulum c. 4.
Forsteri Historiam Juris Civilis.

Nisi apud Dionysium] libro 3. pag. 178.
Confer Eberlinum heic cap. 33.

Pag 36. Layius] i. c. 34. Explicui mentem
in Tribouiano meo.

Dionysius] libro 3. p. 184. & seq.

Plinius Nepos] c. 6. in Lucio Tarquinio
Prisco.

Strabo] libro 3. Geogr. p. 219. Editionis
Casauba

Alii] Zonaras tom. 2. Annal. p. 12. Plinius
35. N.H. 3. & 12. Macrobius. i. Satur. 6.

Strabo] citato loco.

Plinius Nepos] c. 7.

Eusebius Tempor.] sive libro poster.
Chron. p. 125. Editionis Scalig. Lugd. Bat.
1606.

Dionysius] libro 4. p. 211 & seqq.

Florus] i. c. 7. pr.

Livius incertum] libro 1. c. 46. med. Dis-
serit haec de re Forsterus i. Obs. 7. Muretus
com. heic. Eberlinus heic c. 4.

Festus Pomp.] Paulo Diacono con-
junctus in Priscus Tarquinius.

Dionysius] libro 3. p. 184 & seq. Livi-

- ✓ Livius] libro 1.c.34. pr. & libro 4. c 3.
 ✓ Strabo] libro 8. p.378.
 ✓ Pag 38. A. Cotintio] Adde Vallam 4
 Eleg 185.
 ✓ Ovidius 1. Tript.] Elegia 9^a pr.
 Festus] Paulo Diacono conjunctus id
 Corinthienses.
 ✓ Pag 39. Eusebius in Temp;] seu Metropo-
 ster. Chiton. p.76 & 81.
 ✓ Florus] 2. c. 16.
 Justinus Epit. 34.] c. 2. Strabo 8. p. 361
 & 381.

§ III.

Exactis] Cuivis imperii speciei esse a-
 gnaram labem fatalem docet Sylvius pra-
 fationis capite 3. in Com. ad Leges Regias.
 Sicuti Loca & tempora fatalia quibusdam
 fuisse ex Historiis notat Piccarrus deinde
 V. capite 6.

Lege Tribunitiâ] Ritter Husius geni-
 num hujus loci eruit sensum com. ~~XII~~
 tabularum proleg. capite 4.

Pag. 40. Solinus] Polyh. t. 28. ed ibi O-
 livarius testatur, in veteribus Codicibus le-
 gi CCXLIII. atque ita corrigendum hunc
 locum.

Sextus

Sextus Ruffus] Libello de historia Ro-
mana ad Imp: Valentiniam. Atqui hunc
auctorem Sextus Rufum appellatum con-
tendit meibomius.

Dionysius] libro 1. p. 61.

Livius] extremo libri 1.

Inferius] p. 80 & seqq.

Plautus Aulul.] actu 3. scena 1..

Terentius Andr.] prologi si. & Hecyne
prologo.

Tullius Phil.] 2. p. 846. notante Gotho-
fredo.

§ IV.

Pag. 42. A Livio] libro 3. c. 31. si. Sylvius
in dictæ præfationis c. 3. 4

Dionysius] libro 10. p. 676. si.

Livium] libro 3. c. 31. cum aliquot seqq.

Pag. 46. Infra] p. 154. & 213.

Gracis & vitatibus] Jus civile Ro. bona
parte sumtum ab Atheniensibus, docet
Muretus 19. variarum lect. 8. Veruntamen
dissimilitudo civitatum, varietatem iuris
babeat necesse est. Cicero pro Cott. Balbo
p. 720. & gentibus propriis mores sunt, ne
raem in barbaro, Romano, Gracoprobabile
est.

est, similiterq; etiam Civitatum Leges, instituta, opiniones habent differentiam. Neque idem ubiq; aut licet aut decorum est. Quis etiam in qua quicque civitate queratur interest. Moribus enim &c. Legibus disponit. Quintil. 5. c. 10. Deniq; non ead. omnibus sunt honesta atq; turpia, sed omnia majora institutionis judicatur, Aemil. Probus seu Cornelius Nepos in praefat. Nec infrequens apud Historicos mentio est Legum ab aliis gentibus petitarum.

Aristoteles in Meteor] Confer libri 11.
caput ult.

Plinius Nepos] c. 1. in Proca.

Cicero pro Cluentio] p. 385. Eleganter Plutarchus ad Principem indoctum. Quis ergo imperabit Principi? Lex, omnium Rex mortalium, &c. Amnianus Marcellinus 14. hist. Leges vocat fundatae, libertatis & retinacula sempiterna; uti Valerius Maximus 6. c. 3. pr. varia poenarum genera appellat utilia legum monumenta.

Pag. 47. Pro Cæcina] p. 328. Quintilianus 5. c. 10. Ciceroni vero, ut tempori & causa, servire, Ius Civile in Oratione pro Ma.

Murana extenuanti, sufficienter responsum est ab Aonio Paleario Orat. i. in Muran. quam approbavit Alciatus Epistolâ haec de re ad Palcarium scripta.

Eburneas] leges XII. tabb. incisæ furent tabulis eburneissanæ, æneis, tradit Scoppa i. Collect. t4. Sylvius d. præf. c. 3. Sed leges in ligno incisas primitus, deinde in ære, vult Joannes Brodus 4. milc. 12.

Diouysius libro 10.] p 681.

Quintil. 6.] capite 4. med.

Ulpianus de Legatis 3.] l. 52. lib. ror. pr.

Paulò post] d l. 57. 2.

Hierom in Cantic.] seu latina versione
Canticorum 7. v 4.

Pag. 48. Ovid] 3. Metam. fabula 8. med.

Virgilius] 3. Georg. pr.

Tibullus] 3. Eleg. 4. med.

Fto] Ex Festo Paulo Diacono conjuncto in Pro.

Virgilius] Ecloga 8.

Soli portis] Virgilius 12. Æn. fi.

Sebat pro templo] 8. Æn. fi.

Hinc altas] 3. Æn. fi.

Pag. 49. Lucanus] libro 3. Pharsal. pr.

Livius libro 8.] c. 14. fi. Na-

Naves] Naves rostratae unde dictæ, re-
dit Brodæus 4. misc. 13.

Pag. 50. Dionysius] libro 10. p. 678.

Livius] lib. 3. c. 34. fi. 35 & 37.

Ab equicurilibus) Gilbertus Cognatus
ob mendum asterisco hunc locum no-
vum reliquit. Servius super V I I. Aen. ver.
Hi Fescenninas acies, æquosque Falisci,
sic notat p. 1237. Fescennium oppidum est
Campania, ubi inuptalia inventa sunt cer-
mina. Hi autem populi originem discunt ab
Atheniensibus. Fabios Halestes condidit. Im-
mutato H. in F. Falisci dicti sunt; sicut febris
dicunt, quia antea hebreis dissebarerat, &c. Ju-
stus autem dixit; quia populus Ro. missus De-
cem viris ab ipsis iura federalia collegit, & non
nulla supplementa duodecim tabularum ac-
cepit, quas habuerant. Nam ab Atheniensi-
bus decem habuerunt tabulas. Vide Her-
Magium 1. misc. 8.

Crassus apud Cic.] i. de Orat. p. 181.

Hermodorū] Meminit Cicero 5. Tusc.
p. 276. & 13. ad Atticum 21. Simplicius
comm in 1. Phys. narrat, Hermodorū
Platonis sodalem libertum scripsisse de-
cessus

cretis ipsius, sed ante inferiorem fuisse necessarium est. Adde Corasius & Zafri ad hunc & commentar.

Pag. 51. Plinius] c. 3. §. 2

Ephesus] Vide Melam l. c. 17.

§. V.

Pag. 52. Varrone] q. de a. l. numero 32.
Valla in Raud. in Scisti utisogo.

Festus] cum Diacon. in Forum.

Forum boarini] Livius 24. c. 10. Valerius Max. i. c. 6.

Suarium] Legē Pancirolli comm. ad 2.
Novit. utr. l. corp. Reo. c. 12 & De quatuordecim reg. urbis Ro. reg. 5. § forum suarium.

Romanum] Pancitollus citato l. reg. 8.

Augusti] infra § 48. Plinius 36. N.H. 15.

Suetonius , August. cap. 29. Pancitollus
l. reg. 8 § forum Cæsaris.

Nerwæ] Quod & Transitorium dictum,
André Schottus & Hieronymus ex Capit
gnano parte. Itineris Italiz. c. 8. Pancitoll
lus de Quatuordecim &c. reg. 4. § forum
transitorium, & reg. 8. § forum Nerwæ Tra
jani.

Pag. 53. Pompej.] cum Diacono in Fo
rum,

Ennies

Ennius] Enstat in corporis veterum Po-
etarum Lat secunda editione Antel. Allo-
br. apud Crisp. 1611. Inter versus Ennii ei-
variis Grammaticis 357. Ex quo Gellius
lib. 16. c. 19 *Mox, inquit, de more cithara.*
*(scil. Aris) amictus, ornatus, strassus, pul-
ma puppis foro, carmen, quod oritur in di-
cur, voce sublatissima cantauit.*

Livius I. 1. c. 354. fi.

Juvenalis Sat. 3. Jam hinc vers. 139.

Sueton.] in Octaviot. 3.

§ VI.

Pag 54. Interpretandij Vid. Dn. Vul-
tefus ad §. Responsa prud. lost de J. N. G.
& C.

Pag. 55 Dionysius] libro 2. p. 132. fi.

Livius] libro 1. c. 20.

Plutarchus] Numâ p. 118. pr.

Festus Pompej.] cum Diacono in Ma-
ximus Pontifex. Adde Sylvium sapiente-
gatum capite, cum duobus ~~seq~~.

Livius[dicto libro 1. c. 20]

Pag. 56. Plutarchus] in Numa p. 18 med,
Cicero 2. de Orat.] p. 205.

Dionysius] libro 2. p. 132 & 133.

Pag.

Pag. 58. Pontifices) pontificatum maximum usurpatum Romanis Principibus jam inde à Julii & Augusti tempotibus tradit Jacobus Nicolaus Loënsis misc: Epiph. lib. 4. c. 23, De Pontificis etymologia Gilb. Regius 1. Enantioph. 28.

Livius libro 10.] c. 9.

Varroni] 4. de LL. n. 15.

Dionys.] libert 2. p. 132.

Pag. 59. Plutarchus] in Numa p. 118.

Pag. 60. Livius & Valerius Max.] Vide heic paginam 61 & 62.

§ VII.

Pag. 61. Infra] 636.

Livius libro 9.] c. ult. in pr.

Pag. 62. Val. Maximus 2.] c. 5. §. 2.

Plinius libro 33.] c. 1. med.

Gellius 6.] c. 9.

Livius 9.] c. 29.

Pag. 63. Tull. i. de Or.] p. 180.

Libro 6. ad Att.] Epistola 1. med. Cita tur infra p. 182.

Idem Plinius] d. l. 33. c. 1.

Non scribunt Livius, Valerius, Plinius] nti colligitur ex locis supra adductis.

N

Plinius

Plinius] d.l.33.c.1.

Livius verò] d.l.9.c.29.

Valerius] d.l.2.c.5.

Infra] pag 229.

§ IIX.

Pag 64. Secederet] Vives ad Augustum 2. de Civitate Dei c. 18..

Pag 65. Gellius XV.] c. 27. De origine Plebitcitorum Jo. Mercer. 2. Opinion. 15.

Plin.XVI.] c. 10 pr. (gati)

Festo Pomp.] cum Diacono in Promul-

Pag. 66. Nundinis] De iis Sylvius com-
mentario ad Leges regias c. 5. Valla; Eleg. 5.

Macrobius] i. Saturn. 16.

Cic. i. Anton.] p 824.

Pag. 67. Paulò post] p. 828.

§ IX.

Senatus consultum] Quintil. 5. c. 2. 6.

Pag. 68. Gellio] libro 10. c. 20. Sylvii
com ad Leges regias c. 9. Mercer. 2 Opin. 9.

Turba] vide Valla 6. Eleg. 61. Lucanus
3. Pharsl in pr.

Phœbea palatia complet Turba patrum.

Pag. 69. Cicero in Catone maj.] p. 544.
Festu. cum Diacono in Senatores.

Plutar.

Plutar. in Ro.] p. 44. Idem; A. Seni sit ge-
tenda Resp. n. 20.

Ovid. v. Fast.] in pr.

Dionys.] libro i r. pag 86.

Gell. XIX.] cap. 7. in med.

Quod duob.] Ex Gelli libro XIV. c. 7.

adde eundem lib. 111. c. 18. Paulum Ma-
nutium de Senatoribus Ro. § de potestate
habendi senatus. Jac. Pontanum Progymn.

Lat. vol. 3. parte post. Progym. 15. Jac. Ni-
col. Loensem VIII. mitc. Epiphil. 20. ubi si-
militer explicet, quid sit referre ad Sena-
tum, mos referendi, jus quintæ telationis.
Rosquin Antiquitatum Rom. libro 7. c. 5.
cum Dempsteri Patalip. &c.

§ X.

Pag. 70. Prætoris] Valla I V. Eleg 84.
Quis Exconsule, Expræfecto, Exprætore,
Exquæstore, vide apud Castal. Variarum c.
15. Forsterum tractationum Justinearum
disp. 1. thesi 13.

Festus Pomp.] in Magistrare. ubi Gotho-
fr. Alberticus Gentilis Lectionum Virg c. 4.

Magistratus] Vid. Jo. Calvini comple-
mentum Lexici perfecti. Joan. Sarius Za-

Moscus de Senatu Rom. Joac. Perionins de
Magistrat. Ro. & Græcor. De magistratibus
majoribus & minoribus tractat Sylvius
comm. ad Leges regias c. 10. Utrum magi-
stratus & publici ordines in causis publicis
federint coronati, tangit Jacobus Duran,
Casell. i. Variet. 19.

Edicta] Ex Cicerone Quinctil. lib. V. c. 10.
*Si finem Praetoris Edicto adferunt Calenda
 Januarii, cur non initium quoque Edictum
 scetur à Calendis Januarii. Ceterum Edicta
 Magistratum Camillus Bonellus integro
 tractatu explicavit. Sylvius præfat. com. ad
 LL. Reg. c. 1. De his vocibus, Bonum fa-
 tum, quas Romani omnibus publicis edi-
 ctis præfabantur Loënsis 4. misc. Epiph. 23.*

§ XI.

Pag: 71. Ulpianus] L. 1. ff. de Constit.
 Princip. De Lege Regia, cuius hoc loco fit
 mentio, videatur Marii Salomonii de Prin-
 cipatu liber VI. Oratio Scipionis Gentilis,
 Lentius & Justus Eccardus de Lege Regia.
 Henrici Berenhard Romanus Princeps ex
 Lege Regia informatus. Dn. Erasmus Ua-
 gepaur Exercitationum Justia, s. Quest. 15.
 Walther. 2, misc. 29.

Pag.

§ XII.

Pag. 72. Pro Lege] In frontispicio de
Inscriptionum colore nonnulla præmisi,
paucis subnectendum, Sacratissimas olim
quoque Leges minio aut alio rubro colore
notatas, Juvenalis, qui Domitiani Imp. ævo
floruit, satyra 14. V. 192. indicio,

Per legerubras Majorum Leges.

Simili modo Fabius Quintilianus coæ-
vus lib. XII. Inst. Orat 3. in fi. meminit: Quo-
rum alii se ad album ac rubricas transtule-
runt; Et formularii ac, ut Cicero ait, legulej &
quidam esse maluerunt. Quibus subjicit
Adr. Turneb. 4. Adyers. 5. Ecce hic album
pro Pratorio jure dixit, rubricas pro jure ci-
vili, quod XII. tabulis continebatur: ut Et
formularios ad Pratorias retulit formulas
legulejos ad XII. tabularum leges. Quin &
Prudentius, Valentinianill. & Theodosii
Magni, ejusque filiorum temporibus cla-
rus contra Symmachum lib. 2. circa fi.

*Quæ qui constituisse, dicant cur conditæ
sunt Lex* (ent.)

*Bis sex in tabulis, aut cur rubrica mino-
ritas prohibet peccare reos, quos ferrea fata
Cogunt ad facinus?* N 3 Ubi

Ubi rubricam pro Lege ponī, quia Lex illi
signatur, mecum adserit Caspar Barthius
Advers. lib. 14. c. 4. Principes namque, quā
in omnibus rebus μεμάλοπτέπειαν quan-
dam affectarunt, etiam hoc colore uti vo-
luisse videntur, ut quo paludati &c ocreati
in acie, *Val. Maximus 1. c. 7.* Si facta menio-
ne, agnoscerentur, eodem Leges etiam in
pace radiarent, atque ita iis veluti majestas
accresceret: maximè temeratoribus sanguini-
num supplicium vel ipso Edictorum ful-
gore denunciarent, Marq. Freherus *Orat.*
de Constit. Imp. inter ceteras Jur. civ. pars. ex-
*cess. Color enim ille, ut qui cognationē ha-
bere cum sanguine videtur, bellum, quod
de Celtarum flavo colore adfert Clemens
Alexand. 3. *Pedag. 3.* sive pœnam minatur.
Nil tamen prohibet, si addamus, Imp.
rubro etiam colore signum ruboris, qui
virtutis est color, ut dicere solebat Cynicus
Diogenes, teste Beroaldo *com. ad 1. Apul.*
de Asin. aur. pag. 65. elicere, ac per hoc me-
dium remediumque leniori viâ virtutis
flammam naturæ malitare suppressam ex-
cita.*

citare, igniculosque justitiae in animis hominum magis accendere connisos, Sané Imp. Leo sacri encausti usum soli sibi reservavit, eoque rescripta, constitutiones, atq; adeo subscriptiones notari duntaxat fas esse judicavit. *L. 6. sacri. C. de divers. rescript.*
ubi Gotthofr. Pancirollus 1. Rer. deperd & invent. sit. de Encansto. Id quod Codici Justiniianeo propter utilitatem sanctionis inseratum, arg. vers. 2. *de novo Cod fac.* plenissimum robur ex Constit. de Justin. Codice confirmando obtinuit. Puspureus enim color Principis est proprius, Guido Pancirolli, comm. ad 2. Notis. utr. imp. Ro. 6. 22. n. 9. 12. 29. & passim. Quanquam Imp. Constantinus Rectoribus provincialium encausti usum concederat, ut appareat ex *L. 4. extraordinariorum. C. Theodos. de extraord si-
ves ord. muner.* Verum Imperatoris in pupillari ætate adhuc constituti nomine Tutor viridi colore subscribebat, *Pancir. d. 1. de Encanst.*

Quemadmodum autem J Ctis librorum inscriptiones, initia sive capita, in more positum, Rubricas vel Titulos appellate, uti-

ex Pauli lib. 63. ad Edictum, de quo in L. 2.
 § 3. vers. recuperanda. ff. de Interdict. collige
 re est, Dn. Goedt. rubr. de Verb. signif. n.
 1. Salmuth. in not. ad Pancirollit. de chara-
 cter liter. Verb. minio illustrare: Ita etiam in
 suis scriptis, de quorum triplici genere agit
 Ant. Augustinus 1. Emendat. 6. initia aut Le-
 ges, quarum interpretationem in iis suscep-
 perat, rubro colore insignire eosdem con-
 fueisse, locus Persii, qui Neronis tempore
 vixit, Satyr. 5. vers. 89. aliquam insuper con-
 jecturam adferre posse videtur:

*Vindicta postquam meus à Pratore recessi,
 Cùm mihi non licet, iussit quod sunque
 voluntas,*

Excepto, si quid Maser I. rubrica vetavit.
 Ad quem videndus Turnebus d. lib. 4. Ad-
 vers. s. qui post in hunc concludit modum:
 Denique, ut quod sentiam, semel in qua, ad
 ornatum ita miniare solebant Leges & au-
 thoritatem: nec in minacib[us] tantum crimi-
 naq[ue], vindicantibus id facere, sed in omnibus.
 Rubrica quoque illustrabat & insigniebat
 Imperatorum sacra scripta. Idem in jure
 Pratorio non fiebat, nec in eo jure, quod à
 Prudenti-

*Prudentium interpretatione profluxerat, ne
suspicio. Hec enim conjecturis omnia nitun-
tur eritis ex auctorum lectione.*

§ XV.

*Pag. 73. Junius Brutus] Sic legendum
doctet Baptista Egnatius Racemat. in vari-
os autores cap. 7.*

*Pag. 74. Videns Romulus] Dionysius li-
bro II. pag 86. med.*

*Metellus] Vide Plutarchi Romulum
pag. 42. si. & Coriolanum pag. 401. in si.*

*Pag. 75. Valerius Antias] Apud Dionysi-
um d. pag. 86. si.*

Pompejus Festus] in Celeres.

Dionysius] d. pag. 86. in si. & 87.

Plutarchus] in Numa pag. 116. in pr.

Pag. 76. Festus Pompejus] in Celeres.

*Pag. 77. Dionysius] libro IV. pag. 264.
in pr.*

Pag. 78. Livius] lib. I. cap. 56. in si.

Dionysius] libro IV. pag. 265.

Livius refert] d. I. I. c. 56. in si.

*Dionysius] d. pag. 265. Huc referendum
quod Suetonius in Cælare cap. 7. & Cicero
in Bruto n, 34. pag. 300.*

Plinius XV.] cap. ult. in med.

Primus Consul filios] vide Liv. 2.c. 5. &
infra Garronem pag. 97.

Pag. 79. Anno luxerunt] Livius 2.c. 7.
vide Florum Epit. Livii libro 2. pr.

Dionysius] IV. pag. 266. fi.

Livius] i. c. 59. med.

Servio] XII. Æne. ad vers. *Auctor ign
audendi &c.* pag. 1747 A. Vide Vallam.
Eleg. 32. & Janum Parthasium ad versum
Virgilii 3. Georgic. *Troja Cynelis* aut:
ubi docet, auctorem non eum, qui tanum
facit, sed qui primus suadet, jubetve, ut ali-
quid fiat: multaque fieri posse ab aliquo, a-
lio tamen auctore, qui nihil agat.

Livium] i. c. 17.

Pag. 80. Livius] i. c. 57. 58.

Pag. 82. Dionysius] libro IV. pag. 262. in
fi, & 263.

Pag. 83. Ubi conjuraverunt] Dionysius ad,
lib. IV. pag. 267. pr.

Pag. 85. Quæ vero sequi] Dionysius IV.
pag. 168. pr.

Pag. 87. Ut autem nomen] Dionysius
IV. pag. 269. pr.

Creetur

Creetur. Rex aliquis] Rex sacrificulus appellatus est, qui ea sacra, quæ reges facere assueverunt, fecisset. Festus Paulo Diac. conj. in *Sacrificulus*. Vide Plutarchum proble. 63.

Pag 90. Ubi verò loquì] Dionysius IV.
pag. 275. circa fin. & 276.

Pag. 92. Itum est Ardeam] Livius I, in fi.
§ XVI.

Pag 94. Consules] De iis August, de Civitatis. s. c. 12. Unde dicantur vide Quintil. I. c. 10. circa fi. De eorum jure habendi Senatus Jac. Nicolaus Loënsis miscell. Epiphili. lib. VIII. cap. 20. Plurima, quæ hunc § illistrat, collegit Gothofr. ad L. I. § 5. vers. Causum. verb. insignia, A. de postuland. Christ. Ohemius de Consulibus alijsq; Magistratibus.

Livius] I. in fi.

Dionysius] libro IV. pag. 276.

Penes] Vide apud Vallam VI. Eleg. 54.

Ulpianus] L. penes. 63. D. de V. S.

Festus Pompejus] in Apud.

Pag. 95. Cicero in Bruto] nūm. 117. pag. 333. in med.

Quintilianus in gladiatori] Sen in Oratione pro filio contra patrem , quæ est nota, in princ. Quas orationes quamvis plenudo Quintiliani cuiusdam esse putet Rudolphus Fornerius in eorum quotidianarum 2. Quintiliano tamen easdem adscribit Joan. Lodovicus Vives in præfatione Declamationis, qua Quintiliano responderet pro Novverca contra cœcum.

Cicero ad Heren] pag. 50 B.

Ut diximus] supra pag. 91. in fin. & 94.

Livius] 2. c. 1. in med.

Idem ait] d. l.

Pag 96. Dionysius] libro V. pag. 278. in pr.

Idem Dionys.] lib. V. pag. 292. ist fin.

Lictoribus] De iis vide Petrum Nannum IV. misc. 21. Cur, qui fasces gerunt, Lictores dicantur ? tradit Plutarchus problem. 67.

Gellius XII.] cap. 3.

Plutar in Rom.] pag. 58.

Pag. 97. Problematisbus] Probl. 67.

Lictores] Silius Italicus libro IX, pag. 121.

*Isq; ut Varronem procul inter pralia vidit,
Et iuxta sagulo circum volitare rubenti
Lictorem. Et libro X. pag. 242.*

*Hec rebus facies in honora finistris: (tum
Non aquile, non signa viris, non Consulis ab-
Imperium, non subnixa lictore secures.*

Livius] 2. cap. 5. vide supra pag. 78. h̄c.

Erant Lictores Coss. XII.] Vide Alex. ab
Alex. 2. genial. dierū 13, circa si, ubi & alia.

Pag. 98. Livio] 1. c. 8.

Dionysius] libro III. pag. 196. Habentur
eadem apud Florum] 1. cap. 5. Cæsar apud
Sallust. in Conjurat. Catilin. pag. mihi 46.
ibi: *Majores nōstrī.*

Macrobiūm] 1. Saturn. 6. pag. 262. in E.

Silius] libro VIII. circa si. pag. 200.

Fasces erant] Ex Plinii XVI. c. 18. videa-
tur Joannes Baptista Pius Annotat. poster.
cap. 14. Porro caligis purpureis solos Imper-
ratores, aureis Consules, sericis patricios u-
sos in publico fuisse tradit Petrus Pithæus
1. sub. 16.

Pag. 99. Cicero III. de LL.] in princ. No-
nius Marcellus c. 1. n. 91. Confer Livium
libro III. c. 56.

Ni interfaerint X anni] **Constitutum in**
Mario Plutarchus pag. 50.

Rabitio] pag. 433. in fi.

Planco] pag. 633. in fi.

Comitiis] vide Valkam in Raud. pag.
 657. in fi. **Macrobius pag. 333. Mos in Co-**
mitiis fuit, exquirere sententiā optimorum
civium de Candidatis, ut cum populus au-
diret, quid illi sentirent, suffragio suo eos
crearet Consules, quos laudari videret ab
optimis viris, Franc. Robortel. lib. 1. Anno-
tat. 29. Quid verò inter se differant Tribu-
ta, Curiata & Centuriata Comitia, expli-
citat Petrus Nannius X. misc. 6. Robortellus
2. Annotat. 31. Sylvius com. ad Leges Regi-
as cap. 9. 10. & 11. Cæterū Comitia non
habita fuisse Romæ Jove tonante, fulgu-
rante, docet Beroaldus Annotat. cap. 44. ad
versum Lucani V. Pharsal.

Nec cælo servare licet, tonat angure sur-
do. Et corum tria vitia fuisse, fulgere, tona-
re, fulgurare, Aldus Manutius libro 2. de
Quæsit, 5. Comitiaque impedita, cum ser-
varetur de cælo, latè idem Manutius libro
1 de Quæsit, 9. Dénique de Divisoribus in
Co-

Comitiis tradit Beroaldus Annotationum
cap. 91.

Suffragiis] De suffragiis per albos ingros-
ve calculos, videatur Joh. Baptista Pius An-
notat. poster. c. 91. Per testulas ibid. per
pones, Beroald. Annotat. 6.

Petituri] Cor qui magistratum pete-
bant, ex more id absque togis in induisse fa-
cerent, tradit Plutarchus problem. 49.

Pag. 100. Auspiciisque] Consules creari
urbano auspicio docet Silvius c. 10. in fi.

Plutarchus in Mario] Pag. 50. in fi. Appianus 2. de bello civili pag. 164. in pr Edit.
Minor. Quintilianus VI. cap. 2. Persuasit,
nihil esse ad presentem rerum statum utilius
quam pridie Cal. Januarias ingredi Consula-
tum.

Appianus 2. de bel.] pag. 139. Sallustius
in Conjur. Catil. pag. 15. Post paulo Catili-
na pecuniarum reperundarum resu prohibi-
tus erat Consulatum petere, quod intra legitimi-
mos dies profiteri nequiverit. Quin alteri ex
Consulibus senatum cogere haud licuisse,
adherit Appianus 2. de bello civili pag. 141.
ibi: Senatus, cum nemo illum convocasset
(non

(non enim alterius ex Cōf. id agere licebat) ad
Bibuli progressus domum &c.

Consulatu[m]] vide L. un. D. de offic.
Consul. Bodinum 1. de Rep. 4. Carolum
Sigionum 1. de antiquo iure civil: Rom. c.
10. Tacitus XI. Ann. 22. *Apud maiores, in-*
gnit, virtutis id primum fuerat, cunctuq[ue]
civium, si bonis artib. fiderent, licetum petere
magistratus: ac ne etas quidem distingueba-
tur quin prima iuventa consulatum ac dicta-
turas inirent. Nihilominus tamen Salustio
autore d. l. pag. 20. Pleraque nobilitas in vi-
gia astabat, si Consulatum, quamvis egregi-
us, homo novus adeptus foret &c.

Tandem etiam] Novell. Justin. LXXXI.
cap. 1.

Annorum numerus] A Consulum Or-
dinatorium sive Majorum Consulatibus
annorum series numeratas, non autem à
Consulibus suffectis, docet Franc. Ferd. de
Cord. in Didascal. cap. 16. Jos. Castaliode-
cad. 1. observ. Sic Imp. Constantinus in L.
1. C. Theod. de Constitut. Princip. & edict.
ait: *Siqua post hac Edicta sive Constitutio-*
nes sine die & Consule fuerint deprehensa, an-

80-

fficitate careans. Adde L. 4, si qua, C. de
div. resc. Valent tam en gelata in corpus Ju-
ris. Constit. de nov. Cod. § 2. & Constit. de
Justin. Cod. conf. § 3. Alex. ab Alex. 3. Ge-
nial. diet. 3. Quin & Consulum nomina
appensa vasis vinariis, ut de vini ætate con-
staret, docet Brodæus I. misc. 3.

Supra ex Dionys.] pag. 92.

Consulerent] Valla 5. Eleg 40.

Pag. 101. Ovidius] Lib. Heroidum epist.
x. pr.

Livius] princ. præfationis.

Nonius Marcellus] cap. 1, n. 91. Idem in-
fra pag. 186. h̄ic.

De LL. Vatro] IV. ca. 14.

Plut. in Rom.] pag. 45. fi.

Dionysius] V. pag. 292 fi. & VII. pag.
448. pr.

Livius] 2. c. 8. in pr. libro 3. cap. 55. &
10. cap. 9.

Plutarchus] in Poplicola pag. 187. fi.

Idem Dionysius] d. pag. 292 fi. vide c. 3.
de potestate Senatus Ro. temporibus Reip.
lib. 2. Disput. Vinc. Cabotii.

Pag. 102. Alio loco] libro V. pag. 334. pr.
Livius

Livius X.] cap. 9. pr.

Livius eod.] d. 10.

Pag. 103. Valla] III. Eleg. 69.

Aliquando] ut notat Longolius add. l.

Vallæ,

Venulejus] L. 224. D. de V.S.

§ XVII.

Pag. 104. Census] Quid sit, videatur Val-
la in Raudens, pag. 683. fi. Quid Censores,
Censitores, tradit Paulus Bushus 3. Subtili-
tate 3 Radulphus Forsterius 1. Rerum quo-
tidian. 27.

Livium] 3. c. 3. fi. & cap. 22. pr.

Alios] Gell. IV. N. A. 20. Tacitus I. An-
nal. c. 21. Edit. Curtii Pichenæ. Francof.
1607. & XIV. Annal. c. 26.

Pag. 105. Dionysius] libro V. pag. 220.
& 221. Adde Patchirollum ad lib. 2. Notit.
utr. Imp. c. 10.

Livius] 1. c. 42. med.

Censa dic] Hæc Livius habet libro 1. c.
44. med.

Secundus census] Ex Dionysii libro V.
pag. 293. pr. & Pomponio Laeto de Magi-
strat. Rom. c. 21.

Ter-

Tertius census] Ex Dionysii libro V. pag.
338. med. & Læto d. l.

Pag. 106. Livius] IV. c. 8. loco hac ipsa pa-
gina allegato.

Livio in IV.] cap 8. Placet, quæ ex Ludovi-
vicii Carrionis lib. 2. Emendat. cap. 5. con-
traxi, heic inserere: *Munus Censorum fuit
non tantum civis cuiusq; facultates consere,
et de eorundem moribus cognoscere, sed eti-
am vettigalia publica locare, publicasq; tabu-
las conservare*, Cicero in dicta illa, libro de
Legib III. legē, *Viarum publicarum curam
suscipere: agrum certā lege fruendum; pu-
blicas etiam ades et faciendas et reficiendas
locare: quibus Leges duas videntur apposita,
quarum prima erat, ut ades inspicerentur, et
factum opus probaretur, altera, ut ad officia es-
sent sarta tecta.* Symmachus lib. 1. ep. 12.
*Censorum notio fuit spectare opera, que lo-
cassent. Vide Viverra ad Augustinum de Ci-
vitate Dei 2. c. 9.*

Pag. 107. Varro de LL.] libro IV. n. 14.
& libro V. n 9.

Et de vita Po. Ro.] Sic apud Nonium
Marcellum cap. 12. n. 5. In priori editione
scriptum

scriptum erat de vita Patrum. Sed hæc tia-
lia in ea occurrebant plurima errata.

Juvolenus] in L. 111. D. de V. S. Autem
legebatur, Modestinus. Adde Nonius
Marcellum c. 4. n. 88. & c. 3. num. 76.

Pag. 108. Livius IV.] cap. 24. med.

Plutarchus in Coriol.] in pr.

Livius ait] IV. c. 8. in pr.

Regimen] Salustius in Conjur. Cat. pag.
20. Et Appianus i. de bello civ. pag. 38. in h.

Cicero 3. de LL.] in pr.

Pag. 109. Plut. in Æmilio] pag. 497.

Equitib. auferre equos] Plutarchus a-
poph. 22.

Et in M. Porcio-Cat.] vel in Cat. Major
pag. 626 in pr.

Pag. 110. Ascon. Pæd. 1. act. in Ven.]
Quæ divinatio dicitur: pag. 4. Item Appia-
nus i. de bello civ. pag. 41. In Sacrum tem-
plo Censores injurandum subire opus erat.
Cuius verò Censoris autoritas necessaria in
factis Herculis fuerit, tradit Sylvius com.
ad Leges Regias cap. XIV.

Pag. III. Val. Max. 2.] cap. de Censoria
Nota. 4.

Gellium] 4.c.8.12,& 20.&c.lib.VII,c.18.

Livium] 1 V. c. 24. &c.

Alios] Exemplum ex laudato supra ad pag. 108. loco Sallustii & ex Plutarcho ad pag. 109. &c. pete.

Plutarchus] in Catone Maj. pag. 626.

Livius L/X.] vel Epitom.

Plutarchus in probl.] probl. L.

Livius lib. V.] cap. 31.

§. XIX.

Pag. 113. Dictatores] De iis vide And. Knichen de Jure territorii cap. 1.n.338. cum seqq. Lud. Vivem in argumento & Oratione 1.ad Corn. Syllam, ne deponat Dictaturam : & in Orat. 2 .ut deponat eam.

Dionysius] libro V. ex pag. 324. med. & p.326. pr.

Pag. 114. Romani verò] Dionys. lib. V. pag. 327. in fi. & 328.

Cum variadic] Dionys. lib. V. pag. 333. med. & p. seq.

Pap. 116. Tollendam] An Consules se
ubdicarint creato Dictatore , vide Franc.

Robortellum 2. Annotat. 28, Sigonium 1.
Emendat. 32.

Pag.

Pag. 117. Tandem post multa] Dionys.
lib. V. pag. 336. pr.

Pag. 118. Videntur autem] Dionys. d. p.
336. fi.

Licinius autem] Dionys. lib. V. p. 337.
med.

Sequitur ubi] Dionys. lib. V. p. 338 pr.

Livius] 2. c. 18. in pr.

Pag. 119. Eusebius in Temp.] libro pr.
ster. pag. 130. Olymp. LXIX. ann. I.

Varro de LL.] libro IV. n. 14.

Pag. 120. Plutarchus in Marcello] pag.
567. med.

Ead. Dionysius] libro V. pag. 336. med.

Cicero de fin. bo.] 111. pag. 120.

Seneca in Epist.] Epistola 108. citata.

Varro] de LL. libro IV. n. 14.

Pag. 121. Livius] VII. c. 17. in med.

Plutarchus] in pr. pag. 323.

Pag. 122. Dictator] Idem refert Appia-
nus 1. de bello civ. pag. 12. 13. 26.

Cicero 111. Leg.] in pr.

Livius XXVII.] cap. 5. citata fi. Libro
IV. cap. 31.

Pag. 123. Appianus lib. 1.] pag. 107. Livius

Livius] Epito. 89. Idem infra allegata
pag. 197.

Appianus] d. l. i. pag. 108.

Ut Livius VII.] cap. 3. med. De eo ex
Pierii lib. 48. de sacris Aegyptiotum sic re-
fert Quint. Mandonius in Annalibus Casib.
num. 2. Clavus apud Aegyptios annum si-
gnificabat. Erat ergo alterius generis clavus,
qui Septembribus. Idib. figebatur per annos sin-
gulos in sacrarum adiunctorum parietibus ad an-
norum numerum colligendum: quia parvus
tunc erat his usus; isque clavus annalis nunc upa-
batur.

De quo Livius VII.] cap. 28. med. Li-
bro verè VIII. cap. 23. med. ut Dictatorema
Comitorum causa mitteret.

§ XIX.

Pag. 124. Magistri] Magistro equitum
jus habendi Senatus fuisse ostendit Jacobus
Nicolaus Loënsis misc. Epiphil. 8. c. 20.

Seneca in Epist.] d. Ep. 108.

Dionysio] pag. hic 118.

Liv.] pag. hic 119.

Euseb.] pag. hic 119.

Magister equitum] Ex Varrone IV. de

LL. n. 14.

Pag.

Pag. 125. Praefectorum prætorio) Dein
Knichen de Jure territorii c. I. n. 152. cum
seqq. Guid. Panciroli. comm. in I. Notis
utri. Imp. c. I. §. 822. ubi de præfectis præto-
rio in oriente & lib. a. c. 2. ubi de præf. præt.
in Occidente. Joan. Fersius integrō tracta-
tu. Walther. I. misc. 19. Obiter addo statu-
ere Freherum in fine Sulpitii sūj. ipsos Se-
nissimos Principes Electores repræsentare
Præfectos prætorio. Sed vide Zieritz &
princip. prærogat. E. 6.

Aurelius Arcadius) in L. un. D. de ob-
præf. prætor. Antea legebatur Modestinus.
Disciplinæ milit) Pomp. Lætus de Mag.
Ro. c. 8.

Pag. 126 Sueton) in vita T. Flavii Velpa-
gani filii, cap. 6.

Ubi a. imperium) Ex Pomp. Læti d. &
Plutar. in Pomp.) In Fabio Max. hæc re-
periuntur pag. 327 in fin. Idem tradit Plutar.
probl. 8 i. intra hīc p. 134. alleg.

Dionysius) vide librum V. pag. 339 &
lib. XI. p. 701. in med.

§ XX.

Pag. 128. Secessionis) Ex Plutarcho in
Coriolano pag. 397.

Pag.

Pag. 131. Ita Tribuni creati] De Tribu-
nis plebis vide Knichen de jure territ. c. I.
c. 490. cum seqq. Augustinum de Civ. Dei
c. 18. Lud. Vivē declam. V. adversus acta
Syllæ jam mortui. Idem Vives Vigilia in
Comn. Scipion. circa princ. ait: *In Rep. ne-
tra, intercessione & unica illa Tribuni ple-
bi voce, Veto, antiquantur rogationes, im-
pediuntur Leges, turbantur Senatu consil-
ia, tolluntur decreta jam & constituta.*

Dies] Ex Pomp. Læti cap. 18. de Tribu-
nis pleb. Adde Dionysii lib. VI. pag. 410.
med. Sigonium 1. Emendat. 18.

Et in loco] Dionys. VI. pag 411.

Hæc potestas] Ex Pomp. Læto d. c. 18.

Appianum] I. de bel. civ. Florum 3. c. 13.

Cic. in Or. pro Corn. de maj.] verba Ci-
ceronis apud Asconium Pædianum com-
mentatione in Orat. Ciceronis pro Corne-
lio de Majestate sic habent, pag 59. & 60.
Tanta igitur in illis virtus fuit, ut anno XVI,
*post reges exactos propter nimiam dominati-
onem potentium secederent, Leges sacras as-
ipfis sibi restituuerent, duos Tr. crearent, mon-
tem illum trans Anienem, qui hodie mons sa-*

et terminatur, in quo armati confederati,
 aeterna memoria causa consecrarent. Itaque
 auspicio postero anno X. Trib. plec. omnes
 curiales creati sunt. His Ciceronis verbis
 statim subjungit Asc. Padianus; inducitur
 magis librariorum hoc loco esse mendam, qua
 nt Ciceranem parum proprio verbo usum es-
 sacredam. Illo enim tempore, quo loquitur,
 quod fuit post XVI. annos, quam reges exalti
 sunt, plebs sibi leges sacratae non restituit.
 Nunquam enim Tri. ple. habuerat, sed tum pri-
 mum eos constituit. Num erum quidem an-
 norum post reges exactos qui id factum est
 diligenter posuit qui fuit A. Verginio Trico-
 sta, L. Veerio Ceturino QASS. Ceterum
 quidem non duo Tribuni pl. ut Cicero dicit,
 sed quinq. traduntur creatos iam esse, singulos
 ex singulis classibus. Sunt tamen qui eundem
 illum duorum numerum, quem Cicero, po-
 nant, inter quos Tidianus, & Pomponius
 Atticus, Liviusq. noster, idem hic & Tidia-
